**S**e ipsum in exemplum sermonis præbet. Quum enim ipsi accumberent, tanquam maiores ab eo habiti, ille ministrabat, quasi postremum se ipsum ducens, quum et pedes eorum lauaret.

Vers. 28. *Vos — v. 29. regnum.*

**D**ispono vobis regnum, hoc est, promitto. Regnum vero coeleste intelligit, cuius spe robo- rabat eos etiam ad magnitudinem ac tolerantiam.

Vers. 30. *Vt — mensam meam.*

**M**ensam videlicet illam regiam ac coelestem. Po- fuit autem dici mensa, bona aeterna et ineffabilia, quae diligentibus Deum præparata sunt, cibus vero ac potus, est illorum fruitio.

Vers. 30. *Et — Israel.*

**H**oc etiam illis promisit quadragesimo primo eu- gelii iuxta Matthæum capite, ubi scriptum est,

Iesus

δοκεῖ εἶναι μέίζων, ἵνα διδάσκαλος γένηται τῶν  
ἄλλων;

Vers. 25. Ο δὲ — αὐτῶν.

Διδάσκει λοιπὸν, ὡς ὁ προετάναις τούτων μέλλων;  
οὐκ ὁ φείλει κυριαρχεῖν, ὡς δεσπότης· τοῦτο γὰρ  
οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν ποιοῦστι, τετυφωμένοι ταῖς  
ἀρχαῖς καὶ κατεπαιρόμενοι τῶν ἀρχομένων.

Vers. 25. Καὶ οἱ — καλοῦνται.

Ως δοκοῦντες μέίζουνται, η̄ καὶ ὡς φιλόδοξοι.

Vers. 26. Υμεῖς — διακονῶν.

Γενέθω ταῦτα, ὅσον ἐπὶ μετριοφροσύνῃ. νεώτε-  
ρον δὲ λέγει, τὸν ἔσχατον.

Vers. 27. Τις — διακονῶν.

Ἐαυτὸν αὐτοῖς δίδωσιν ὑπόδειγμα τοῦ λόγου.  
τούτων γὰρ ἀνακειμένων, ὡς μείζονων ὑπὸ αὐτοῦ  
κριθέντων, οὗτος διηκόνησεν, ὡς ἔσχατον ἐαυ-  
τὸν λογισάμενος, ὅτε ἐνιψε τοὺς πέδας αὐτῶν.

Vers. 28. Υμεῖς — v. 29. βασιλείαν.

Διατίθεμαὶ ὑμῶν βασιλείαν, ἀντὶ τοῦ, ἐπαγ-  
γέλλομαι· βασιλείαν δὲ οὐρανίον, ἢς ταῖς ἐλπίσι-  
διανευροῦ τούτους ἔτι πρὸς εὔψυχίαν καὶ ὑπο-  
μονήν.

Vers. 30. Ηὐα — τραπέζης μου.

Τῆς βασιλικῆς ἐκείνης, τῆς οὐρανίου. εἰν δὲ  
τραπέζᾳ μὲν, τὰ αἰώνια καὶ ἀπόβροτα αὐγαθαὶ,  
τὰ ήτοι μασμένα τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεόν· βρῶσι  
δὲ καὶ πόσις, η̄ ἀπόλαυσις αὐτῶν.

Vers. 30. Καὶ — ισραήλ.

Τοῦτο ὑπέσχετο αὐτοῖς καὶ ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ  
πρώτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαϊον, ἐνθα  
γέγραπται

Iesus autem dixit eis: Amen, dico vobis, quod vos, qui sequuti estis me, et caetera: ibi ergo legge horum interpretationem.

### Cap. LXXVIII. De expetitione satanae.

Vers. 31. *Dixit — triticum.*

Illi enim moris est praestantiores expetere ad palaestram, sicut Iob. Cribra<sup>r</sup>e vero, id est, turbare, mouere, concitare. Cribrum siquidem, quod frequentius *κόσκινον*, siue *σινιατήγιον*, vocatur, a quibusdam etiam *σινίον* dicitur, a quo verbum *σινίζω* cribro, vel concutio. Nam in cribro triticum transfertur et concutitur ac confunditur. Praedit autem eis de futura tentatione, quando omnes relicto eo fugerunt.

Vers. 32. *Ego — tua.*

Rogavi, inquit, patrem meum tanquam homo, ne perdas tandem fidem tuam, quam in me habes, in tempore negationis.

Vers. 32. *Et — tuos.*

Conuersus, post negationem videlicet, per fletum amarum: hoc est in pristinum locum denuo restitutus. Fratres autem eius dicit reliquos Apostolos, aut illos, qui per eos erant credituri.

Vers. 33. *At ille — ire.*

Oportebat, quum haec ab ipsa veritate audisset, fortitudinem atque auxilium ab eo petere: at ille praeferuore contradicit potius, asserens, se nihil tale passurum.

Vers. 34.

8) Chrysoſt. Tom. VII. p. 785. D. θορυβῆσαι,  
ταρπίξαι, πειρᾶσαι.

9) Vide Westenium ad h. l. *σινίον* non legi alibi.  
*κόσκινον* habet Plato p. 320, 384.

γέγραπται τό: ὁ δὲ Ἰησοῦς<sup>x)</sup> εἶπεν αὐτοῖς: αὕτην x) Matt. 19, 28.

λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθίσαντές μοι, ἐν  
τῇ παλιγγενετίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ θίστης τοῦ ἀνθρώ-  
που ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς,  
ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα Φυλὰς  
τοῦ Ἰσραήλ. καὶ ἀνάγνωσθε τὴν τούτων ἔξηγησιν.

## ΚεΦ. ΟΗ. — Περὶ τῆς ἔξατήσεως τοῦ σατανᾶ.

Vers. 31. Εἶπε — σῖτον.

<sup>y)</sup> Εθος γὰρ αὐτῷ τοὺς δοκίμωτέρους ἔξατεῖθαι  
πρὸς πάλην, ὡς τὸν ἴωβ: συνιάσαμεν δὲ, αὐτὶ τοῦ,<sup>z)</sup>  
Θορυβῆσαμεν, κυκῆσαμεν, ταράξαμεν. σινίον<sup>9)</sup> γὰρ  
παρά τισι καλεῖται, τὸ παρ' ἡμῖν κόσκινον, ἐν  
ῳδόσιτος τῇδε κάκεσθε μεταφερόμενος ταράσσε-  
ται. προλέγεις δὲ αὐτοῖς περὶ τοῦ μέλλοντος πε-  
ρασμοῦ, ὅτε πάντες ἀφέντες αὐτὸν, ἔφυγον.

Vers. 32. Εγὼ — σου.

<sup>z)</sup> Εδείθη τοῦ πατρὸς μου, Φησὶν, ὡς ἀνθρώπος,  
ἵνα μὴ τέλεον ἀπολέσῃς τὴν πίσιν σου, τὴν εἰς  
ἡμὲς, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀρνήσεως.

Vers. 32. Καὶ — σου.

<sup>y)</sup> Επισρέψας, μετὰ τὴν ἀρνησιν δηλονότι, διὸς  
κλαυθμοῦ πικροῦ, τουτέσιν ἀποκατασάς πάλιν  
εἰς τὴν πρώτην τάξιν. ἀδελφοὺς δὲ αὐτοῦ Φησὶ,  
τοὺς ἄλλους ἀποσέλους, ἢ τοὺς μέλλοντας δι αὐ-  
τοῦ πισένειν.

Vers. 33. Ο δὲ — πέρενεθαι;

<sup>z)</sup> Εδει, τοιαῦτα παρεὶ τῆς αὐτοσαληθείας ἀκού-  
σαντα, ἵσχυν αὐτῆσαμεν παρ' αὐτοῦ καὶ Βούθειαν  
ὁ δὲ μᾶλλον μπέ θερμότητος αὐτίτεινε, μηδέρ  
τοιοῦτον παθεῖν.

Vers. 34.

Vers. 34. *Ipse vero — me.*

Hodie, inquit, eo quod instabat nox diei illius. Scribit autem Matthaeus sexagesimo quarto capite, quod dixerit illi Iesus: Dico tibi, Petre, quod in hac nocte, priusquam gallus canat, ter me abnegabis: et ibi lege enarrationem.

Vers. 35. *Et dixit — Nihil.*

(† † "Ατερ, loco χωρὶς seu sine.) Atqui tunc de loculis nulla est facta mentio. Verum per aurum et argentum etiam hoc simul innuit. Quin enim illa possidere vetasset, manifestum, quod et hoc prohibuerit: ubi namque non est thesaurus, utique superfluum est thesauri repositoriū. In peram siquidem panem immittebant: in marsupium vero coriaceum, quod φασκώλιον vocauit, aes, siue obolos, reponebant: in loculos autem, aurum et argentum. Υσέρησιν autem vocat defectum. (Inopiani.)

Vers. 36. *Dicit — peram.*

† Qui habet loculos, hoc est, scientiam, tollat et peram, thesaurum videlicet virtutum: nam habenti scientiam, necessariae sunt et virtutum diuitiae: qui ergo non habet utrumque, vendat tunicam suam, id est, exponat corpus laboribus virtutum, et emat gladium, hoc est, dimicet aduersus affectiones et daemones.

Tunc quidem necessario egestatem eis impo-  
suit, ut ad illam accingerentur: postquam vero  
hoc actum est, aufert nunc necessitatem; et per-  
mittit eis, ut loculos habeant et peram, quo vir-

<sup>1)</sup> τὴν ἐπεῖ. B.

<sup>2)</sup> Ab ἀτέρ ad χωρὶς omittit Hentenius.

<sup>3)</sup> βαλλαγτία. A.

<sup>4)</sup> συπαρεδίλωσεν. B.

<sup>5)</sup> γάρ, omittit. A.

Vers. 34. Ο δὲ με. —  
**Σήμερον** εἶπε, διὸ τὸ εἶναι τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα  
 τῆς ημέρας ἐκείνης! γεάφες δὲ ματθαῖος ἐν τῷ  
 ἔξηκοσῳ τετάρτῳ κεφαλαίῳ αὐτοῦ· ὅτι ἔφη<sup>1)</sup> γ) Matt. 26,34.  
 αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν, λέγω σοι, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ  
 νύκτι, πρὶν ἀλέκτορά φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ  
 με. καὶ ανάγνωθι ἐκεῖ<sup>2)</sup> τὴν ἐξήγησιν.

Vers. 35. Καὶ εἶπεν — οὐδενός.

**Α**τερ;<sup>3)</sup> αὐτὶ τοῦ, χωρίς. καὶ μὴν, οὐκ ἐμη-  
 μόνευσε τοτε Βαλαντίου,<sup>4)</sup> πλὴν τῷ χρυσῷ καὶ  
 τῷ αργυρῷ καὶ τοῦτο συνεπεδήλωσεν.<sup>5)</sup> ἐκεῖνα  
 γὰρ εἶχεν πωλύτας, πρόδηλον, ὅτι καὶ τοῦτο  
 πεκωλυκεν, ἐπει, μη ὄντος Θησαυροῦ, περιττοὺς  
 ἄρα τὸ Θησαυροφυλάκιον. τῇ πήρα μὲν γὰρ<sup>6)</sup>  
 τὸν ἄρτον ἐνέβαλλον· τῷ φασκωλίῳ δὲ, τὸν χαλ-  
 κὸν, ήτοι, τοὺς ὀβόλους· τῷ βαλαντίῳ<sup>6)</sup> δὲ τὸν  
 χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον.<sup>7)</sup> υἱέρησιν δὲ λέγει, τὴν  
 ἑιδειαν.

Vers. 36. Εἶπεν — πήραν.

[Ο<sup>8)</sup> ἔχων βαλαντίου,<sup>9)</sup> τουτέσι, γυῶσιν,  
 ἀργυρῷ, καὶ πήραν, ἦγουν, Θησαυρὸν ἀρετᾶν.  
 ἀναγκαῖον γὰρ τῷ γνωσικῷ, ὁ πλοῦτος τῶν ἀρε-  
 τῶν. ὁ δὲ μὴ ἔχων ἀμφότερα, πωλησάτω τὸ ἴμά-  
 τιον αὐτοῦ, τουτέσιν, ἐκδότω τὸ σῆμα τοῖς πόνοις  
 τῶν ἀρετῶν, καὶ κτησάθω πόλεμον πρὸς τὰ πά-  
 θη, καὶ τοὺς δάιμονας.]

Τότε μὲν αναγκαῖος αὐτοῖς ἐπέθηκε τὴν  
 ἀκτημοσύνην, ἵνα κατορθώσωσιν αὐτήν· ἐπεὶ δὲ  
 τοῦτο γέγονεν, ἀφαρεῖς νῦν τὴν ανάγκην καὶ  
 παραχωρεῖς τούτοις ἔχειν καὶ<sup>10)</sup> βαλαντίου καὶ πή-  
 ραν,

<sup>6)</sup> βαλλάντιο. A.

<sup>7)</sup> Ab υἱέρησιν ad finem scholii omittit Hentenius.

<sup>8)</sup> Hæc uterque in margine.

<sup>9)</sup> βαλλάντιο. A.

<sup>10)</sup> καὶ, omittit. B. βαλλάντιον habet. A.

tus eorum appareat, qui nulla cogente necessitate  
sestantur inopiam: et primum quidem ipse tene-  
bat illos; non sinens, ut aliquo egerent, propter  
eorum imbecillitatem; postmodum vero dimisit  
ipsos, ut sibi ipsis essent auxilio, quasi iam robu-  
stiores effectos: nam hoc per loculos ac peram  
significatur. Quum ergo prohibuit eos habere lo-  
culos et peram ac similia, tunc nullo indiguerunt,  
ut eius potentiam ac gratiam agnoscerent: quando  
vero permisit, ut illa haberent, tunc et esurierunt  
et sitierunt et nuditatem passi sunt, ut ipsorum for-  
titudo ac tolerantia cognoscatur.

Verum, quomodo dixit, Qui habet loculos,  
quum nullus illorum haberet? Capitur itaque Ha-  
bet, pro habere potest.

Vers. 36. *Et — gladium.*

**Q**ui non habet, nunc videlicet. Quod autem se-  
quitur, Vendat tunicam suam, et emat gladium,  
per emphasis dixit, solum ostendens esse tempus  
vltionis: venientibus, quantum nunquam alias,  
persequutionibus: non quod gladiis vim propelli  
vellet: nam Petrum ita vlcisci volentein postmo-  
dum prohibuit.

Intelligi autem et alio modo potest, ut dictum  
primum, sit de Iuda, siquidem solus ille loculos  
habebat, tanquam ab auaritia in seruitutem reda-  
ctus: iubet itaque, ut ipse, qui loculos habet,  
tollat similiter et peram, hoc est, de se ipso cu-  
ret, quum iam a diuina prouidentia sit abiectus:  
secundum vero dictum, sit de caeteris Apostolis:  
nam ipsis, qui non habebant, iubet, ut vendant  
tunicam et emant gladium, id est, tradant corpus  
et mortem recipient.

Vers. 37.

<sup>2)</sup> οὐχ, abest. B.

ρεαν, ἵνα Φανῆ τούτων ἡ ἀρετὴ, χωρὶς σένάγκης  
ἀκτημογούντων. καὶ πρότερον μὲν αὐτὸς διεβάσα-  
ζεν αὐτοὺς, σὺν ἐῶν τινος υἱερεῖν, διὰ τὴν ἀδέ-  
νεσαν αὐτῶν. υἱερον δὲ τούτους ἀφῆκε Βοηθεῖν  
ἐαυτοῖς, ὡς ἥδη σερβότερους γεγενημένους. τοῦτο  
γὰρ δηλοῦται καὶ<sup>2)</sup> διὰ τοῦ Βαλαντίου<sup>3)</sup> καὶ τῆς  
πήρας. καὶ ὅτε μὲν ἐκώλυσεν αὐτοὺς ἔχειν Βαλάν-  
τιον, καὶ πήραν, καὶ τὰ τοιαῦτα, τότε οὐδενὸς  
ὑπέρησαν, ἵνα γνῶσι τὴν αὐτοῦ δύναμιν καὶ χά-  
ριν ὅτε δὲ παρεχώρησεν ἔχειν αὐτὰ, τότε καὶ<sup>4)</sup>  
ἔπεινασαν καὶ ἐδίψισαν καὶ ἐγυμνήτευσαν, ἵνα  
γνωθῇ τούτων ἡ σερβότης καὶ παρτερία.

Αλλὰ πῶς ἐπεν, ὅτι ὁ ἔχων Βαλάντιον;  
οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἔχειν. ὥσε τὸ, ὁ ἔχων, αὐτὶ<sup>5)</sup>  
τοῦ, ὁ δυνάμενος ἔχειν.

Vers. 36. Καὶ — μάχαιραν.

Ο μὴ ἔχων νῦν. τὸ δὲ πωλήσει τὸ ἴματιον αὐτοῦ  
καὶ ἀγοράσει μάχαιραν, οὐτ’ ἔμφασιν ἐπεν,  
ἔμφασίν, μόνον, ὅτι καὶρὸς ἀμύνης, ἐρχομένων  
ὅσον οὐπώ τῶν ἐπιβούλων, οὐ μὴν ἐν μάχαιραις  
ἀμύνεθαι Βουλόμενος· καὶ γὰρ υἱερον τὸν πέτρον  
οὗτος ἀμύνομενον ἐκώλυσε.

Νοηθεῖν δὲν καὶ<sup>5)</sup> καθ’ ἑτερον τρόπον τὸ μὲν  
πρῶτον ἕητὸν περὶ τοῦ ιούδα. μόνος γὰρ ἐκεῖνος  
ἔχει Βαλάντιον, τῇ Φιλαργυρίᾳ δεδουλωμένος.  
καὶ λοιπὸν ιελέυεται<sup>6)</sup> ἄρα καὶ πήραν, ἤγουν,  
Φροντίζειν ἐαυτοῦ, τῆς Θείας προνοίας ἥδη ἀποδ-  
ρεγγέσις· τὸ δεύτερον δὲ, περὶ τῶν αἰλλῶν ἀποσό-  
λων. οὗτοι γὰρ, μὴ ἔχοντες, ἐπιτάττονται πω-  
λῆσαι τὸ ἴματιον καὶ ἀγοράσαι μάχαιραν, πουτ-  
έσι, δοῦναί τὸ σῶμα, καὶ ἀντιλαβεῖν θάνατον.

Ss 2 Vers. 37.

<sup>3)</sup> Βαλλαντίς. A. atque ita constanter dissentunt in  
hoc vocabulo.

<sup>4)</sup> ἐπεινῆσαν. A.

<sup>5)</sup> καθ’ abest. A.

<sup>6)</sup> ὁ ιούδας.

Vers. 37. *Dico — reputatus est.*

**Q**uod scriptum est in propheta. Tanquam ini-  
quum enim et facinorosum in medio iniquorum et  
facinorosorum latronum crucifixerunt illum.

Vers. 37. *Etenim — habent.*

**Q**uae de me scripta sunt in lege ac prophetis, iam  
perficiuntur.

Vers. 38. *At illi — duo.*

**Q**uum non intellexissent quid sibi volebat hoc ver-  
bo, Qui non habet, vendat tunicam suam et emat  
gladium, ostendunt duos gladios, quibus vni fuer-  
ant ad immolationem ac diuisionem agni, cupi-  
entes eius discere intentionem.

Vers. 38. *Ipse vero — est.*

**H**inc adhuc magis patet, quod non gladiis vlcisci  
se volens, iusserat emere gladios: nam si id voluiss-  
et, quomodo nunc dixisset, Satis est? siquidem  
neque centum gladii sufficerent ad irruentium mul-  
titudinem. Itaque quod dixit, Satis est, ostendit,  
quod nulla erat gladiorum necessitas.

Vers. 39. *Et — v. 42. fiat.*

**C**aetera quidem manifesta sunt: de oratione vero  
quaere sexagesimo quarto euangelii iuxta Matthae-  
um capite dicti illius enarrationem, Et progressus  
pusillum, procidit in faciem suam, ac caetera quo-  
sequuntur.

Vers. 43. *Apparuit — v. 44. terram.*

**E**odem capite horum omnium facta est mentio,  
dataque

7) Constanter ergo futurum habet cum melioribus  
Codicibus. Vulgata lectio inuecta est per Orig-  
inem. Tom. III. p. 653. A. et Chrysost. Tom. VII.  
p. 797. C.

Vers. 37. Λέγω — ἐλογιάῃ.

**Τ**ὸ γεγραμμένον ἐν τῷ προφήτῃ. ὡς ἀνομον γάρ  
καὶ κακούργον μέσον τῶν ἀνόμων καὶ κακούργων  
λητῶν ἐταύρωσαν αὐτόν.

Vers. 37. Kai yōg — ἔχει.

Τὰ περὶ ἐμοῦ γεγραμμένα, ἐν τε τῷ ὑόμῳ καὶ  
τοῖς προφήταις, τελειοῦται ἦδη.

Vers. 38. Oi ðë — ðúo.

**Μὴ συνιέντες**, τί ἐδήλου τό: ὁ μὴ ἔχων <sup>α)</sup> πωλή-  
σει <sup>β)</sup> τὸ ἴματιον αὐτοῦ καὶ ἀγοράσει, μάχαιραν  
ὑποδεικνύει δύο μάχαιρας, αἷς ἔχρησαντο πρὸς  
Θυσίαν τοῦ ἄρνου καὶ διανομὴν, Βουλόμενοι με-  
θῖν τὸν σκοπὸν αὐτοῦ.

Verf. 38. 'O ðε — ēsɪ.

**Φανερὸν μᾶλλον ἐντεῦθεν, ὅτι οὐκ ἐν μαχαιρίσαις  
αἱμύνασθαι<sup>8)</sup> Βουλόμενος ἐπέταξεν ἀγοράσαι μα-  
χαιρίσας. εἰ γὰρ τοῦτο ἐβούλετο, πῶς ἐπει τοῦ,  
ὅτι ἵκανόν ἐσιν; οὐ γὰρ αὖ ἐξήρκεσαν οὐδὲ ἔκατον  
μάχαιραν πέρος τὸ πλῆθος τῶν ἐπιόντων. λοιπον  
οὖν εἰπών, ὅτι ἵκανόν ἐσιν, ἐνέφηνεν, ὅτι οὐ χρεία  
μαχαιρῶν.**

Verſ. 39. Καὶ — v. 42. γεγέθω.

**Τ**ὰ μὲν ἄλλα σαφῆ εἰσι· περὶ δὲ τῆς προσευχῆς  
ζήτησον ἐγ τῶ ἔξηκοσῶ τετάρτω κεφαλαίω του  
κατὰ ματθαιον τὴν ἐξήγησιν του· οὐδὲ<sup>2)</sup> προσελ-  
θὼν μικρὸν,<sup>1)</sup> ἐπεσεγ ἐπὶ πρόσωπου αὐτοῦ, οὐδὲ  
τὰ ἐξῆς.

Verf. 43. Ωφεη — v. 44. γῆν.

**Εν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ ταῦτα πάντα ἐμνημό-**

8) αἱ μῆνες θα. B.

9) οὐ προελθών. B.

dataque interpretatio, et ibi lege verbi illius declarationem, Et relictis illis, abiit iterum et orauit tertio eundem sermonem dicens.

Vers. 45. *Et quum surrexisset — v. 46. tentationem.*

**C**onsequenter dicto capite lege ea, quae sequuntur, et ab illis etiam haec manifestissime cognosces.

Vers. 47. *Adhuc autem — est.*

**S**exagesimo quinto euangelii secundum Matthaeum capite de his exacte tractatum est. Praeceppebat autem eos, siue antecedebat, tanquam ductor.

Vers. 48. *Iesus autem — v. 51. eum.*

**S**imiliter et in illo lege ea, quae sequuntur, et horum omnium pulchras inuenies ambiguitatum solutiones.

Vers. 52. *Dixit — v. 53. me.*

**E**tiam de his ibi dictum est, ac diligenter tractatum.

Vers. 53. *Sed — hora.*

**I**n qua a Deo potestatem in me accepistis.

Vers. 53. *Et potestas tenebrarum.*

**T**enebras vocat hic diabolum: accepit enim et ipse tunc potestatem aduersus eum. Similiter autem et Pilatus, cui dixit, Non haberes ullam potestatem aduersum me, nisi esset tibi datum a supernis, veluti scripsit Iohannes, Tunc autem simul omnes vim ac potestatem acceperunt ipsum afflictionibus ac morti subiiciendi, ut impleretur dispensatio sanguinis incarnationis.

νεύθησάν τε καὶ ἡρμηνεύθησαν. καὶ οὐκάγνωθι ἐκεῖ  
τὴν ἔρμηνέαν τοῦ· καὶ<sup>b)</sup> αὐτοῖς, ἀπελ- b) Matt. 26, 44  
θῶν πάλιν, προσηνέξατο ἐκ τρίτου, τὸν αὐτοὺς  
λόγον εἰπών.

Vers. 45. Καὶ ἀνασὰς<sup>a)</sup> — v. 46. πειρασμόν.  
Ακολούθως ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαιῷ τὰ ἔξης  
ἀνάγνωθι. καὶ ὅπ' ἐκείνων ἔσαι σοι καὶ τούτων  
σαφεστή διάγνωσις.

Vers. 47. Ἐτι δὲ — ἐξι.

Ἐν τῷ ἔξηκοσῷ πέμπτῳ κεφαλαιῷ τοῦ κατὸς  
ματθαῖον εἴρηται περὶ τούτων ἀκριβῶς. προή-  
χετο δὲ αὐτοὺς, ἀντὶ τοῦ, προελάμβανεν αὐ-  
τούς.

Vers. 48. Ο δὲ ἵησον — v. 51. αὐτόν.

Ομοίως ἐν ἐκείνῳ τὰ ἔξης ἀνάγνωθι, καὶ τούτων  
πάντων εὐρήσεις ἀκριβεῖς τὰς λύσεις.

Vers. 52. Εἴπε — v. 53. ἐμέ.

Ἐκεὶ καὶ περὶ τούτων εἴρηται καὶ ἡκριβωτάτη.

Vers. 53. Ἄλλ — ἄρε.

Ἐν ᾧ δύναμιν ἐλάβετε κατ', ἑμοῦ θεόθεν.

Vers. 53. Καὶ ή ἐξουσία τοῦ σκότους.

Σκότος ἐνταῦθα λέγεται τὸν διάβολον. ἐλαβε  
γαίρει καὶ αὐτὸς ἐξουσίαν τότε κατ' αὐτοῦ. ομοίως  
δὲ καὶ ὁ πιλάτος, πρὸς ὃν εἴπει· οὐκ<sup>c)</sup> εἶχες ἐξου- c) Io. 19, II.  
σίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον  
ἀνωθεν· ως ἔγραψεν ἴωάννης· ομοῦ δὲ πάντες  
δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐλαβού τηνικαῦτα πάθεσι  
καὶ θανάτῳ τοῦτον ὑποβαλεῖν, ἵνα πληρωθῇ η  
οἰκονομία τῆς σωτηρίου ἐκανθρωπήσεως.

Ss 4

Vers. 54.

<sup>a)</sup> Καὶ, ante ἀνασὰς, quod alter meorum omisit,  
in suo Codice videtur reperiisse Hentenius.

Vers. 54. *Comprehensum — principis  
sacerdotodum.*

Pari modo ibi de his etiam quaere.

Vers. 54. *Petrus vero — v. 55. illos.*

Praeterea et de his: quum enim latius scriperit Matthaeus, particulatum in illo omnia manifestata sunt.

Vers. 56. *Intuita — lumen.*

Quod ab igne resplendebat.

Vers. 56. *Defixis oculis — v. 60. quid dicas.*

Lege etiam, quae de his scripsit Matthaeus sexagesimo sexto capite, eorumque solutiones: deinde paululum retrocede, et quaere dicti illius enarrationem, Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videret finem.

Vers. 60. *Et protinus — v. 62. amare.*

Consequenter dicto capite etiam haec manifestata sunt.

Vers. 63. *Et — v. 65. eum.*

In fine sexagesimi quinti capituli de his scripsit Matthaeus. Lege quoque sexagesimio sexto capite ipsius, dicti illius enarrationem, quo dicitur, Et egressus foras fleuit amare: in fine.

Vers. 66. *Atque — v. 71. ipsius.*

Lege praedicto sexagesimo quinto iuxta Mattheum capite ab eo loco, Et respondens summus sacerdos dixit ei, Adiuro te, et caetera, quousque dicatur, Tunc exspuerunt in faciem eius: nam in illis declarationibus etiam haec manifestata sunt.

Cap.

<sup>2)</sup> εκείνων. B.

Vers. 54. Συλλαβόντες — ἀρχιερέως.

Ωσάύτως ἐκεὶ καὶ περὶ τούτων ζήτησον.

Vers. 54. Ο δὲ πέτρος — v. 55. αὐτῶν.

Ἐτι καὶ περὶ τούτων πλατύτερον γὰρ ισορήσαντος τοῦ ματθαίου, λεπτομερῶς ἐν ἐκείνῳ πάντα σεσαφῆνται.

Vers. 56. Ἰδοῦσα — φῶς.

Τὸ ἀπὸ τοῦ πυρός.

Vers. 56. Καὶ ἀτενίσασα — v. 60. ὁ λέγεις.

Ανάγνωθι καὶ ἡ περὶ τούτων ἔγραψεν ὁ ματθαῖος ἐν τῷ ἔξηκοσῷ ἑκτῷ κεφαλαίῳ, καὶ τὰς λύσεις αὐτῶν. εἴτα μικρον ἀναπόδισον, καὶ ζήτησον ἔτι τὴν ἔξηγησιν τοῦ καὶ εἰσελθὼν<sup>d)</sup> ἔσω<sup>d)</sup> Matt. 26,58. ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν ἰδεῖν τὸ τέλος.

Vers. 60. Καὶ παραχρῆμα — v. 62. πικρῶς.

Ακολούθως ἐν τῷ φημένῳ κεφαλαίῳ καὶ ταῦτα διασεσάφηται.

Vers. 63. Καὶ — v. 65. αὐτόν.

Ἐν τῷ τέλει τοῦ ἔξηκοσοῦ πέμπτου κεφαλαίου περὶ τούτων ἔγραψεν ὁ ματθαῖος. ανάγνωθι δὲ καὶ ἐν τῷ ἔξηκοσῷ ἑκτῷ κεφαλαίῳ αὐτοῦ τὸ τέλος τῆς ἔξηγήσεως καὶ ἐξελθὼν ἔξω<sup>e)</sup> ἐκλαυσε<sup>e)</sup> Matt. 26,75. πικρῶς.

Vers. 66. Καὶ — v. 71. αὐτοῦ.

Ανάγνωθι ἐν τῷ πρεσβητηρίῳ ἔξηκοσῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαίου, ἀπὸ τοῦ καὶ<sup>f)</sup> f) Matt. 26,63, ἀποκριθεῖς ὁ ἀρχιερεὺς εἰπεν αὐτῷ. ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα οὐδὲν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ· ἀχει τοῦ τότε<sup>g)</sup> g) Matt. 26,67, ἐνέπτυσαν εἰς αὐτόν. ἐν γαρ τοῖς ἔξηγήσεσιν ἐκέντων<sup>2)</sup> ἐσαφῆνιδησαν καὶ ταῦτα,

Cap. XXIII. v. 1. *Et surgens — v. 2.*  
*regem esse.*

**L**ege sexagesimo septimo capite euangelii iuxta Matthaeum dicti illius interpretatione*n*i, Iesu au-  
tem stetit coram praefide.

Vers. 3. *Pilatus vero — v. 7. diebus.*

**C**onsequenter ibi etiam de his inuenies.

Vers. 8. *Herodes autem — fieri.*

**††** Ex longo, nimirum tempore, hoc est, diu.

Vers. 9. *Interrogabat — multis.*

**V**idelicet cauillatoriis, et in modum tentantis.

Vers. 9. *Ipse — illi.*

**V**tpote tentanti et responsione indigno. Sciens etiam, eum velle signum videre, non utilitatis causa, sed oblectationis: nec tanquam diuinis virtutes, sed velut aperta prodigia: non fecit apud eum signum.

Vers. 10. *Stabant — eum.*

**S**imul enim et ipsi ad Herodem remissi erant, sicut in progressu inueniemus.

Cap. LXXIX. De contemtu Herodis.

Vers. 11. *Spreuit — Pilatum.*

**H**aec omnia forsitan illi fecit, tanquam regi Iudeorum.

Vers. 12. *Et facti — eos.*

**††** Μετ' ἀλλήλων; loco ἀλλήλοις. Et πρὸς ἑαυτοὺς, loco πρὸς ἀλλήλους.

Vers. 13.

3) Hoc scholio caret Hentenius. Textus ergo apud eum iunctus est.

4) Omissio hoc scholio, textus iunctus est apud Hen-  
tenium.

Cap. XXIII. v. 1. Καὶ ἀνασάν — v. 2.  
Βασιλέα εἶναι.

<sup>3</sup>Ανάγγωθι ἐν τῷ ἔξηκοσῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ τοῦ  
κατὰ ματθαῖον τὴν ἐρμηνείαν τοῦ ὁ<sup>μ</sup>) δὲ ἵησοῦς h) Matt. 27, 11.  
ἔνη ἐμπροσθετοῦ τοῦ ἡγεμόνος.

Vers. 3. Ο δὲ πιλάτος — v. 7. ἡμέραις.

<sup>3</sup>Ακολούθως ἐκεῖ καὶ περὶ τούτων εὑρήσεται.

Vers. 8. Ο δὲ ἡρώδης — γινόμενον.

<sup>3</sup>Εξ ἵκαιου,<sup>3)</sup> χρόνου δηλονότι, τιμωτέσιν, ἐκ-  
παλαψ.

Vers. 9. Ἐπηρώτα — ἱκανοῖς.

<sup>3</sup>Ἐν λόγοις πολλοῖς, σοφισμοῖς δὲ, καὶ περι-  
σικοῖς.

Vers. 9. Αυτὸς — αὐτῷ.

<sup>3</sup>Ως πειράζοντι, καὶ ἀποκρίσεως ἀναξίῳ. γινώ-  
σκων δὲ, αὐτὸν καὶ θέλοντα σημεῖον ἴδειν, οὐκ  
ἀφελεῖας ἔνεκεν, ἀλλὰ τέρψεως, καὶ οὐχ ὡς  
θεῖας δυνάμεως, ἀλλ' ὡς ἀπλῶς τερατείας, οὐκ  
ἐποίησε παρ' αὐτῷ σημεῖον.

Vers. 10. Εἰσήκεισαν — αὐτοῦ.

Συνανεπέμφθησαν γάρ καὶ οὗτοι πρὸς ἡρώδην,  
ὡς προϊόντες εὑρήσομεν.

**ΚΕΦ. ΟΘ.** Ἐξουθένησις ἡρώδου.

Vers. 11. Ἐξουδενῆσας — πιλάτῳ.

Τὰ δηθέντα πάντα πεποίκην αὐτῷ, ὡς βασι-  
λεῖ τάχα τῶν ιουδαίων.

Vers. 12. Ἐγένοντο δὲ — ἐκεῖτούς.

<sup>3</sup>Μετ' ἀλλήλων, ἀντὶ τοῦ, ἀλλήλοις. καὶ πρὸς  
ἴαυτούς, αντὶ τοῦ, πρὸς ἀλλήλους.

Ver. 13.

Vers. 13. *Pilatus — v. 16. absoluam.*

**C**orreptionem hic vocat, mediocrem flagellationem ad mitigandum ac deprimendum furorem illorum: ut arbitrati, eum superasse, cessarent ab ulteriori insanis: at illi nihilominus efferabantur; hoc unum solum prae oculis immobiliter habentes, ut quam citissime occideretur, quemadmodum etiam praedicto capite dissertum est.

Vers. 17. *Necesse — v. 19. carcerem.*

**M**atthaeus vero ait dicto capite, In festo autem consueuerat Praeses absoluere turbae unum vincitum, quem voluissent et caetera: lege ergo interpretationem illorum.

Vers. 20. *Rursus — v. 23. summorum  
sacerdotum.*

**M**atthaeus et alia quaedam scripsit dicto capite.

Vers. 24. *Pilatus ergo — v. 25. eorum.*

Ibi quoque de his dictum est. Voluntas autem eorum erat, ut crucifigeretur.

Vers. 26. *Et quum — Iesum.*

Etiam de hoc dictum est ibidem.

**C**ap. LXXX. De mulieribus dominum plangentibus.

Vers. 27. *Sequebatur — v. 28. vestris.*

**N**e flueritis propter me, sed propter vos ipsas flete, et propter filios vestros.

Vers. 29. *Quoniam — lactauerunt.*

**D**ies dicit obsidionis et expugnationis Ierosolymorum: in quibus beatificabuntur ab eis, quae genuerunt,

Vers. 13. Πιλάτος — v. 16. ἀπολύσω.

**Π**αιδευσιν ἐνταῦθα λέγει, τὴν μετρίαν ματίγωσιν, εἰς παραμυθίαν καὶ κατασολὴν τοῦ Θυμοῦ αὐτῶν, ἵνα δόξαντες περιγενέθω αὐτοῦ, παύσωντας τῆς περαιτέρω μανίας. οἱ δὲ καὶ οὕτως οὐδὲν ἔλαττον ἔξεθηριοῦντο, πρὸς ἐν μόνῳ ἀκλινῶς ὅρῶντες, αὐνελεῖν αὐτὸν τάχισα, ως καὶ ἐν τῷ προερημένῳ κεφαλαίῳ διελάβομεν.

Vers. 17. Ἀνάγκην — v. 19. Φυλακήν.

**Μ**ατθαῖος δέ φησιν ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ κατὰ δὲ<sup>5</sup> ἑορτὴν εἰώθει<sup>i</sup>) ὁ ἥγεμὼν ἀπολύσει ἐνα τῷ i) Matth. 27,15. ὄχλῳ δέσμιον, ὃν ἥθελον, καὶ τὰ ἔξῆς. καὶ ἀνάγνωσι τὴν ἔρμηνέαν αὐτῶν.

Vers. 20. Πάλιν — v. 23. ἀρχιερέων.

**Ο** δὲ ματθαῖος καὶ ἔτερά τινας ισόρησεν ἐν ἐκείνῳ τῷ κεφαλαίῳ.

Vers. 24. Οὐδὲ πιλάτος — v. 25. αὐτῶν.

**Ε**κεῖ καὶ περὶ τούτων εἴρηται. Θέλημα δὲ αὐτῶν ἦν, τὸ σαυρωθῆναι αὐτόν.

Vers. 26. Καὶ ὡς — ἱησοῦ.

**Κ**αὶ περὶ τούτου.

**ΚεΦ. Π.** Περὶ τῶν κοπτομένων γυναικῶν.

Vers. 27. Ἡκολούθεις — v. 28. ύμῶν.

**Μ**ή κλαίετε, διὸ ἐμὲ, ἀλλὰ διὸ ἐαυτὰς κλαίετε, καὶ διὰ τὰ τέκνα ύμῶν.

Vers. 29. Οὐτι — ἐθίλασταν.

**Η**μέρας λέγει, τὰς τῆς πόλιορκίας καὶ σλάσεως ιεροσολύμων, ἐν αἷς μακαριώθησονται, Φησι, παρε

runt; illae, quae non pepererunt: utpote quae non audirent aut viderent varias filiorum suorum strages.

Vers. 30. *Tunc — nos.*

**I**ncipient haec dicere Iudei, non ferentes pericula innumera ac vehementissima.

Vers. 31. *Si enim — fiet?*

**S**i in me, qui vitam habeo diuinam, haec faciunt Romani a Iudeis instigati: in vobis, qui mortem vobis ex peccato parastis; quid ab illis fiet?

Vers. 32. *Ducebantur — v. 33. finistris.*

**M**atthaeus alia quoque scripsit: illa lege et aperte de his etiam inuenies. Nam in euangelio iuxta Matthaeum de domini afflictionibus nullo praetermissis, suaque serie omnium exacte data est interpretatio.

Vers. 34. *Iesus autem — remitte illis.*

**P**ro crucifixoribus Iudeis orans, tanquam homo, compassionis formam hominibus demonstrauit, quam erga illos habere oportet, qui ipsos iniuria afficerent.

Dubitauerunt autem quidam, sumta hinc occasione. Si enim remissum erat eis peccatum, quomodo postmodum Romanis ob illud ad intercessionem traditi sunt? Quibus nos dicimus, quod non pro omnibus precatio facta est, sed pro his duntaxat, qui nihil mali deinceps perpetraturi erant. Qui vero quum sol obscuraretur, et velum scinderetur, terraque commoueretur, ac petrae funderentur, aliaque signa in resurrectione eius fierent, malitiam addiderunt, et fortuita haec esse

<sup>6)</sup> Duo haec vocabula omittit Hentenius.

πάρατῶν γέννησασῶν αἵ μη γέννησασαι, ὡς μὴ  
ἀκούουσαι, μηδὲ βλέπουσαι ποικίλας σφαγὰς  
τέκυων αὐτῶν, ὥσπερ<sup>6)</sup> αὐταῖ.

Vers. 30. Τότε — ημᾶς.

<sup>7)</sup> Αρξονταὶ ταῦτα λέγειν οἱ Ιουδαῖοι, μὴ φέροντες  
τὰ οὖν πέρβλητα δεινὰ, τὰ τε ἀπὸ τῆς πολιορ-  
κίας τῶν ἔωμαίων, καὶ τοῦ λοιμοῦ, καὶ τῆς ἐμφύ-  
λιου ἕάσεως.

Vers. 31. Ὄτι εἰ — γένηται;

Ἐ, ἐν ἐμοὶ τῷ ζωὴν δείχνειν ἔχοντες ταῦτα ποιοῦσιν  
οἱ ἔωμαίοι, παιδομηθέντες ὑπὸ τῶν Ιουδαίων, ἐν  
ὑμῖν, τοῖς νέκρωσιν ἐξ ἀμαρτίας κεκτημένοις, τι  
γένηται παρ' αὐτῶν;

Vers. 32. Ήγοντο — v. 33. ἀριστερῶν.

Ο, δὲ ματθαῖος καὶ ἔτερα ἔγραψε, καὶ αὐτογνω-  
θι κακεῖνα, καὶ πάντας εὐρήσεις καὶ περὶ τού-  
των. ἐν τῷ κατὰ ματθαῖον γάρ τὰ περὶ τῶν  
δεσποτικῶν παθημάτων ἀπαραλείπτως καὶ ἀκρι-  
βῶς καθ' εἴρημον ἡρμηνεύθησαν.

Vers. 34. Ο δὲ Ἰησοῦς — ἀφετοῖς.

Τηλεῖτῶν σαυρωσάντων Ιουδαίων προσευξάμενος,  
ὡς αὐθεωπός, ὑπέδειξε τοῖς αὐθεώποις τύπον τῆς  
εἰς τοὺς ἀδικήσαντας συμπαθείας.

Ηπόρησαν δέ τινες, ὅτι ἐὰν αὐτοῖς  
η ἀμαρτία, πῶς δὶ αὐτὴν ὑσερεν παρεδέθησαν  
τοῖς ἔωμαίοις εἰς πανωλεθρίαν; πρὸς οὓς λέγομεν,  
ὅτι οὐχ ὑπὲρ πάντων ἡ προσευχὴ γέγονεν, ἀλλ᾽  
ὑπὲρ μόνων τῶν περαιτέρω μηδὲν τι κακουργησάν-  
των. οὗτοι δὲ μετὰ τοῦτο, τοῦ ἡλίου σκοτιώθεντος,  
καὶ τοῦ καταπετύσματος σχιδέντος, καὶ τῆς  
γῆς σεισθέσης, καὶ τῶν πετρῶν σχιδεσῶν, καὶ  
τῶν ἄλλων σημείων τῶν κατὰ τὴν αὐτίασιν αὐ-  
τοῦ τελεθέντων, προσέθεντο τῇ πονηρίᾳ, καὶ  
τυχησά-

esse cogitantes, diuinæ resurrectioni calumniam maligne struxerunt: non pro his orauit, ideo etiam hi omnino traditi sunt inimicis.

Vers. 34. *Non enim — faciunt.*

**I**nuidia videlicet temulenti. Quidam vero dicunt, quod non pro Iudeis, sed pro Romanis militibus, qui in crucifixione subministrabant, orationem fecerit: hi enim ignorabant, quae de ipso lex ac prophetæ praedixerant.

Considera autem, quod dicendo in praecedentibus, Pater mihi, si non potest hoc poculum transire a me, fiat voluntas tua, videtur caedes filii secundum patris fieri voluntatem: nunc vero, quum dicat, Pater, remittes illis, videtur contra illius fieri voluntatem: neque enim alias iram ipsius mitigaret, quam contra homicidas habebat. Quid ergo dicendum est? Quod in se quidem inuoluntaria erat, propter nostram tamen salutem erat voluntaria. Quemadmodum et strenui militis plagas, in se consideratas acerbas ducimus, propter strenuitatem tamen, quam aduersus inimicos ostendit, diciimus esse suaves.

Vers. 34. *Dividentes — v. 35. spectans.*

Praedicto euangelii iuxta Matthaeum capite quare dicti illius interpretationem, Quinque crucifixissent eum, diuiserunt vestimenta eius sorte mitterentes: ubi pulchrae datae sunt solutiones, ad quaestiones quae responsionem merentur.

Vers. 35. *Et deridebant — v. 37. te ipsum.*

**M**atthaeus vero dicit, Qui autem praeteribant, conuicia iaciebant in eum, et caetera, ubi latius dictum est. Similiter autem et de aceto ac felle vinoque

τυχηρὰ ταῦτα λογισάμενοι, κακοήθως ἐσυκοφάντησαν τὴν Θέσαν ἀνάστασιν, οὐχ ὑπὲρ τούτων προστηύξαστο. διὸ καὶ οὗτοι πάντως παρεδέθησαν τοῖς ἔχθροῖς.

Vers. 34. Ὁυ γὰρ — ποιοῦσι.

**T**ῷ Φθόνῳ μεθύοντες. τινὲς δέ Φάσιν· ὡς οὐχ ὑπὲρ τῶν ιουδαίων, ἀλλ’ ὑπὲρ τῶν ὑπῆρετησάντων τῇ σαυρώσει αὐτοῦ δρωμαίων σρεστιωτῶν τὴν προσευχὴν ἐποίησατο. οὗτοι γὰρ παντάπασιν ἥγνόσουν, ὅσα περὶ αὐτοῦ προσανεφώνησεν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται.

Θεωρητού δέ, ὅτι ὅπιστα μὲν εἰπόντος πάτερ<sup>k)</sup> μου, εἰ<sup>l)</sup> εὑνάταμ τοῦτο τὸ ποτήριον <sup>k) Matt. 26, 42.</sup> παρελθεῖν ἀπ’ ἐμοῦ, γενηθήτω τὸ Θέλημά σου· θελητὴ τῷ πατερὶ Φαίνεται ή σΦαγὴ τοῦ οἴου ἐνταῦθα δὲ λέγοντος πάτερ, ἀφες αὐτοῖς, ἀθέλητος· οὐ γὰρ ἀν ἔξεμειλίσσετο τὴν ἐκείνου κατὰ τῶν μιαμφέτων δέργην. τί οὖν ἐσιν εἰπεῖν; ὅτι καθ’ ἑαυτὴν μὲν ἀθέλητος ἦν· διὸ δὲ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν θελητὴ. καθάπερ καὶ τὰς ἀριστές πληγὰς καθ’ ἑαυτὰς μὲν ἀκρεῖς ἡγούμενα· διὸ δὲ τὴν κατὰ τῶν ἔχθρῶν αὐδραγαθίαν, ἡδεῖσις.

Vers. 34. Διαμεριζόμενοι — v. 35. Θεωρῶ:

**E**ν τῷ προδιαληθθέντι πεφαλαίῳ τοῦ κατὰ μιατθαῖον ζήτησον τὴν ἔξήγησιν τοῦ σαυρώσαντες<sup>l)</sup> δὲ αὐτὸν, διέμερισαντο τὰ ιμάτια αὐτοῦ, <sup>l) Matt. 27, 35.</sup> βάλλοντες κλῆρον· ἐνθα λύπεις ἀνεγράφησαν χαριεσσαγ<sup>8)</sup> ζητημάτων αἰξιολόγων.

Vers. 35. Ἔξεμυκτήσογ<sup>h)</sup> δὲ — v. 37. σεαυτόγ.

**M**ατθαῖος δέ φησιν· οἱ δὲ<sup>m)</sup> παραπορευόμενοι <sup>m) Matt. 27, 39.</sup> ἐβλάσφήμουν αὐτὸν, καὶ τὰς ἔξης, ἐνθα πλατύτερον εἴρηται· ὄμοιως δὲ καὶ περὶ τοῦ ὄξους καὶ

τῆς

<sup>8)</sup> χαρίεσσα. Codex veterque.

vinoque myrrato, in illo capite ad verbum elucidatum est.

Vers. 38. *Erat autem — Iudeorum.*

**I**n eo capite etiam de his exakte dissertum est, vbi dicitur: Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus rex Iudeorum.

**Cap. LXXXI. De latronis poenitentia.**

Vers. 39. *Vnus — v. 41. gessit.*

**R**ursus in illo ait Matthaeus: Id ipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, exprobabant ei: vbi pulchras proposuimus ambiguitatum solutiones. Damnationem autem nunc vocat, iudicium et crucis condemnationem.

Vers. 42. *Et — tuum.*

**Q**uod supra mundanum est. Nam verisimile est, eum quoque audiuisse de sermone, quem ad Pilatum dixerat, Regnum meum non est ex hoc mundo.

Vers. 43. *Et — paradiſo.*

**Q**uomodo petente latrone sui memoriam in regno saluatoris assequi, ipse aliud quiddam, quod supra id erat, promisit, conuersationem videlicet in paradiſo? Quia latro ignorans, quod esset eius regnum, non ad determinatum aliquid et cognitum fecerat petitionem. Sed solum per huiusmodi petitionem precebat, ut bonum aliquod consequeretur. Christus vero, sciens eius intentionem, promisit, quod illi omnium optatissimum videbatur. Nouerat enim latro paradiſum e doctrina Mosaica: et tunc quidem dedit ei conuersationem in paradiſo, tanquam arribonem regni sui,

quod

τῆς χολῆς, καὶ τοῦ ἐσμυρνισμένου σίνου ἐν ἔκεινῳ  
τῷ κεφαλαίῳ κατὰ λόγου διασεσάφηται.

Vers. 38. Ἡν δὲ — ιουδαίων.

**Ε**γ τῷ τοιούτῳ κεφαλαίῳ καὶ περὶ τούτων ἡκρι-  
βολόγηται, ἐνθα κεῖται τό· καὶ <sup>π)</sup> ἐπέθηκεν ἐπά- <sup>π)</sup> Matt. 27, 37.  
νω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμ-  
μένην· οὗτός ἐστιν ἡτοῦ ὁ βασιλεὺς τῶν ιουδαίων.

**ΚεΦ. ΠΑ.** Περὶ τοῦ μετανοήσαν-  
τος λησοῦ.

Vers. 39. Εἰς — v. 41. ἐπράξε.

**Π**άλιν ὁ ματθαῖος ἐν τῷ τοιούτῳ κεφαλαίῳ φη-  
σί· τὸ δ' αὐτὸν <sup>π)</sup> καὶ οἱ λῃσταὶ οἱ συσαυρωθέντες <sup>ο)</sup> Matt. 27, 44.  
αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν. ἐνθα καὶ τὴν λύσιν καλῶς  
ἔχουσαν ἐξεθέμεθα. κρίμα δὲ νῦν λέγει, τὴν  
καταδίκην τὴν διὰ τοῦ σαυροῦ.

Vers. 42. Καὶ — σου.

**Τ**ῇ ὑπερκοσμίᾳ. εἰκὸς γάρ, αὐτὸν μαθῶν καὶ  
τὸν λόγον, ὃν εἶπε πρὸς πιλάτον· ὅτι <sup>ρ)</sup> ἡ βασι- <sup>ρ)</sup> Io. 18, 36.  
λεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἐστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.

Vers. 43. Καὶ — παραδείσῳ.

**Π**ῶς αἰτησαμένω τῷ λησῇ μνήμης τυχεῖν ἐν τῇ  
βασιλείᾳ τοῦ σωτῆρος; αὐτὸς ἐτερόν τι παρ' αὐ-  
τῷν ἐπηγγείλατο, τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ διατρι-  
βήν; διότι ὁ μὲν λησῆς ἀγνοῶν, τίς ἐστιν ἡ βασι-  
λεία αὐτοῦ, οὐ πρὸς ὁρισμένον τί καὶ γνώριμον  
ἐποιήσατο τὴν αἰτησιν, ἀλλὰ διὰ τῆς τοιαύτης  
αἰτήσεως μόνον ἱκέτευσε τυχεῖν τίνος ἀγαθοῦ· ὁ  
δὲ χριστὸς, εἰδὼς τὸν σκοπὸν αὐτοῦ, ἐπηγγείλα-  
το τὸ δοκοῦν ἐκείνῳ τῶν ὅλων ἐρασμιώτερον. ἐγ-  
νωσκε γάρ ὁ λησῆς τὸν παραδείσον ἐκ τῆς μωσαϊ-  
κῆς διδασκαλίας, καὶ τότε μὲν ἐδώκεν αὐτῷ τὴν  
ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγὴν, ἀρρέαβων τῆς βα-  
σιλείας.

quod est fruitio ineffabilium ac aeternorum bonorum, quae oculus non vidit, nec auris audiebat, nec in cor hominis ascenderunt. Nondum enim quispiam iustorum accepit promissionem, veluti magnus docuit Paulus. Postmodum vero et hoc tradet regnum, tempore vniuersalis retributionis.

Sed quomodo dixit, Hodie tecum eris in paradyso? Quia tanquam Deus, qui replet vniuersa, vbiq[ue] simul erat, et in sepulchro, et in inferno, et in paradyso, et in coelo.

Vers. 44. *Erat* — v. 45. *sol.*

**D**e hoc quaere praedictio iuxta Matthaeum capite.

Vers. 45. *Et* — *medium.*

**I**bi quoque de hoc inuenies.

Vers. 46. *Et* — *exspirauit.*

**S**imiliter etiam ibi de his dictum est, vbi habetur, Iesus autem, quum iterum clamasset voce magna, emisit spiritum. Et hoc nobis effecit dominus, ne deinceps iustorum animae descenderent in infernum, sed magis ad Deum ascenderent. Nam per manus Dei intelligimus Deum ipsum. Ait autem et Apostolus: Qui patiuntur secundum Dei voluntatem, fidei creatori commendent animas suas. Primum vero ad Deum ascendit anima Iesu: deinde ad inferos descendit, ut animas, quae ibi detinebantur, liberaret. Verum, quo pacto dixit Mariae post resurrectionem, Nondum ascendi ad patrem meum? Quia tunc corpore nondum ascenderat.

Vers. 47.

<sup>9)</sup> Inclusa exciderunt. A.

<sup>10)</sup> *as;* ergo omittit. A. B.

ειλείας αὐτοῦ, ἵτις ἐσὶν ἀπόλαυσις τῶν ἀφεά-  
σων καὶ αἰωνίων ἀγαθῶν, ἀ τροφικὸς<sup>1)</sup> οὐκ οὐ<sup>2)</sup> Cor. 2, 9  
εἶδε, καὶ οὐδὲ οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαιν αὐθέω-  
που οὐκ ἀνέβη. οὐπώ γαρ οὐδεὶς τῶν δικαίων<sup>3)</sup> r) Hebr. 11, 39  
ἐκομισατο τὴν ἐπαγγέλιαν, ὡς ὁ μέγας παῦλος  
ἔδιδαξεν. ὑπερον δὲ μεταδώσει καὶ ταύτης ἐν τῷ  
καιρῷ τῆς ανταποδόσεως.

Αλλὰ τῶς εἴπεν, ὅτι σήμερον μετ' ἔμοι ἐσῃ  
ἐν τῷ παρεδείσῳ; διότι αἱ θεοὶ, τὰ πάντα πλη-  
ρῶν, πάνταχον ἦν ἀμός καὶ ἐν τῷ τάφῳ, καὶ  
ἐν τῷ αἵμῃ, καὶ ἐν τῷ παρεδείσῳ, καὶ ἐν τῷ  
οὐρανῷ.

Vers. 44. Ἡν — v. 45. ἥλιος.

Ἐν τῷ προειρημένῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματ-  
θαίου ζήτησον περὶ τούτου.

Vers. 45. Καὶ — μέσον.

Ἐκεῖ καὶ περὶ τούτου ζήτησον.

Vers. 46. Καὶ — ἐξέπνευσεν.

Οὐαὶς ἐκεῖ καὶ περὶ τούτων ἐρρήθη, ἐνθα κει-  
ταὶ τό· ὁ δὲ ιησοῦς<sup>1)</sup> πάλιν κράζεις Φωνῇ μεγάλῃ, s) Matt. 27, 50  
ἀφήκε τὸ πνεῦμα. καὶ τοῦτο δὲ κατώρθωσεν ἡμῖν  
ὁ κύριος, τὸ τὰς τῶν δικαίων ψυχάς μηκέτι κα-  
ταβαίνειν εἰς τὸν αἵμην, ἀλλ' ἀναβαίνειν εἰς τὸν  
θεόν. [Χρείας<sup>2)</sup> γαρ τοῦ θεοῦ νοοῦμεν, αὐτὸν τὸν  
θεόν.] Φησὶ δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος ὅτι<sup>3)</sup> οἱ πάτριοι<sup>4)</sup> i Petr. 4, 19  
τες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ,<sup>5)</sup> πιστῶς πτίην  
παρατιθέμωσαν τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. αὐτῆλθε δὲ  
πρώτον εἰς τὸν θεόν η τοῦ ιησοῦ ψυχή· εἶτα κατ-  
ῆλθεν εἰς τὸν αἵμην, καὶ ἥλευθέρωσε τὰς κατε-  
χόμενας ἐκεῖ ψυχάς. καὶ πῶς μετὰ τὴν ἀνάστα-  
σιν εἴπε τῇ μαρίᾳ ὅτι<sup>6)</sup> οὐπώ αναβέβηκα πρὸς v) Io. 20, 17  
τὸν πατέρας μου· διότι τότε τῷ σώματι οὐπώ  
ἀναβέβηκεν.

Tt 3 . . . Vers. 47.

Vers. 47. *Videns* — v. 48. *reuertebantur.*

**Q**uaere praedicto euangeliū iuxta Matthaeum capite, ubi dicitur, Centurio autem et qui cum eo erant seruantes Iesum et caetera. Nam ibi haec quoque declarata sunt.

Vers. 49. *Stabant* — *haec.*

**C**onsequenter etiam ibi de his dictum est.

**C**ap. LXXXII. *Dē petitione corporis domini.*

Vers. 50. *Et* — v. 53. *positus.*

**E**tiam de his omnibus ad verbū disputatum est sexagesimo octauo iuxta Matthaeum capite.

Vers. 54. *Et* — *illucescebat.*

**S**plendescet, oriebatur.

Vers. 55. *Subsequitae* — v. 56. *vnguenta.*

**I**bi quoque horum facta est mentio in illius loci enarratione, quo dicitur, Erat autem ibi Maria Magdalene, et altera Maria, sedentes ex aduerso sepulchri.

Vers. 56. *Et* — Cap. XXIV. v. 1. *cum ipsis.*

**Q**uaere apud Matthaeum dictum illud: Vespera autem sabbathorum, quae lucescit in unum sabbathorum, et caetera, et lege illius interpretationem, ac praeterea illa, quae sequuntur, et omnia euangelistarum dicta ab hoc loco inuenies consonantiae causa proposita ac declarata.

Vers. 2.

<sup>2)</sup> τὸν σεισμὸν οὐκ, omittunt etiam in contextu apud Matthaeum loco laudato. Ex Chrysostomo nihil efficitur. Is enim Tom. VII. p. 826. E. Lucam potius, quam Matthaeum explicat.

Vers. 47. Ἰδὼν — v. 48. ὑπέερεΦον.

**Ζήτησον** ἐν τῷ εἰρημένῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον τό· ὁ δὲ<sup>2)</sup> ἑκατοντάρχος οὐκ οἱ μετ' αὐτού<sup>ν</sup>) Matt. 27,31 τηροῦντες τὸν ἵησον, ἰδόντες<sup>2)</sup> τὸ γενόμενον, ἐφοβήθησαν σφόδρα, καὶ τὰ ἔξης. καὶ ἀνάγνωσι, τὴν ἔξηγησιν αὐτῶν. ἐν ἐκείνῃ γὰρ καὶ ταῦτα διηρμηνεύθησαν.

Vers. 49. Εἰσήκεσσαν — ταῦτα.

**Ἀκολούθως** ἐκεῖ καὶ περὶ τούτων εἰρηταί.

**ΚεΦ. ΠΒ.** Περὶ τῆς αἵτισεως τοῦ κυρίου σώματος.

Vers. 50. Καὶ — v. 53. κείμενος.

**Καὶ** περὶ τούτων πάντων διελήφθη κατὰ λόγον ἐν τῷ ἔζηκοσῷ ὄγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον.

Vers. 54. Καὶ — ἐπέφωσκεν.

**Ἐπέφωσνεν**, ἐπήνγαζεν, ἐπανέτελλε.

Vers. 55. Κατακολουθήσασαι — v. 56. μύρα.

**Ἐκεῖ** καὶ ταῦτα ἐμνημονεύθησαν, ἐν τῇ ἔξηγήσει τοῦ ἦν δὲ ἐκεῖ μαρία<sup>γ</sup>) ή μαγδαληνή, καὶ ἡ ἄλλη<sup>γ</sup>) Matt. 27,61, λη μαρία, καθίμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου.

Vers. 56. Καὶ τὸ — Cap. XXIV. v. I.  
σὺν αὐτοῖς.

**Ζήτησον** παρὰ τῷ ματθαίῳ τό· ὁψὲ<sup>2)</sup> σαββάτῳ<sup>2)</sup> Matt. 28,1. τῶν, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε μαρία ή μαγδαληνή καὶ ἡ ἄλλη μαρία, Θεωρήσαι τὸν τάφον. καὶ ἀνάγνωσι τὴν ἔξηγησιν αὐτοῦ. καὶ μὴν καὶ τὰς ἐφεξῆς, καὶ εὑρήσεις ὅλων τῶν εὐαγγελισῶν τὰς ἐντεῦθεν ἔητα παρατεθειμένους συμφωνίας ἔγεκεν, καὶ ἡρμηνευμένα.

Vers. 2. *Inuenerunt — v. 8. illius.*

**I**bi etiam haec, vt diximus, proposita sunt, et data est interpretatio, vbi habetur, Ecce dixi vobis.

Vers. 9. *Et reuersae — v. 11. ipsi.*

**S**imiliter et haec proposita sunt ac declarata, vbi habetur: Illi autem sumitis pecuniis fecerunt, sicut edociti erant.

Vers. 12. *Petrus vero — monumentum.*

**Q**uum caeteris prudentior esset ac feruentior, non sustinuit.

Vers. 12. *Quiumque prospexisset — sola.*

**L**inteamina dicit funeralia, sindonem videlicet.

Vers. 12. *Et — seipsum.*

**A**d suum diuersorium. Nam et Iohannes de Petro ac seipso ait, Abierunt ergo rursus ad seipso discipuli.

Vers. 12. *Admirans, quod factum erat.*

**I**ntellexit enim, non esse transpositum, siquidem alioqui fuisset cum lntteaminibus transpositum. Apparet ergo, quod tertio venerit Petrus ad monumentum: primum quidem solus: postmodum vero cum Iohanne, prout ipse Iohannes scripsit. Quum autem reuersi essent, rursus coactus est solus currere: neque enim hunc sustinere permisit amoris vehementia, intensumque desiderium, quo praceptoris primus inter alios discipulos optabat occurtere, et negationis perfectam accipere veniam: quando etiam apparuit illi dominus, veluti in sequentibus inuenieimus. Trina ergo vice ad sepulchrum accedens, trinam curauit negationem.

Vers. 8. Εὖρον — v. 8. αὐτοῦ.

Ἐκεῖ καὶ ταῦτα, ὡς ἔφημεν, παρατέθεσται,  
καὶ ἡρμήνευται, ἐνθα κεῖται τό· ἴδου, <sup>a)</sup> εἶπον a) Matt. 28, 7  
ὑμῖν!

Vers. 9. <sup>b)</sup> Καὶ ὑποσρέψασθαι — v. 11. αὐτοῖς.

Οὐ μόλις καὶ ταῦτα παρατέθεσται καὶ ἡρμήνευ-  
ται, ἐνθα κεῖται τό· οἱ <sup>b)</sup> δὲ λαβόντες τὰ σῶμα b) Matt. 28, 15  
χιεῖσθαι ἐποίησαν, ὡς ἐδιδάχθησαν.

Vers. 12. Ο δὲ πέτρος — μνημεῖον.

Συνέτωτερος ὁν τῶν ἄλλων οὐκ ἐκαρτέρησε. D

Vers. 12. Καὶ παρεκύψας — μόνα.

Ο Θόνια λέγει, τὰ ἐντάφια, τὴν σκόνην.

Vers. 12. Καὶ — ἐαυτόν.

Πρὸς τὴν ἐαυτοῦ διαγωγήν. Φησὶ γὰρ καὶ Ἰωάν-  
νης περὶ τε πέτρου καὶ ἐαυτοῦ ἀπῆλθον οὖν <sup>c)</sup> c) Io. 20, 10.  
πάλιν πρὸς ἐαυτοὺς οἱ μαδηταί.

Vers. 12. Θαυμάζων τὸ γεγονός.

Συνῆκε γὰρ, ὅτι οὐ μετετέθη. Ή γὰρ ἀν μετός  
τῶν ὄντοιών μετετέθη. Φάίνεται τοῖνυν, ὅτι ἐκ  
τρίτου ἀπῆλθεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον ὁ πέτρος. οὐν  
μὲν μόνος. ὑπερον δὲ, μετὰ τοῦ Ἰωάννου, ὡς αὐ-  
τὸς ὁ Ἰωάννης ἔγραψεν. ἐπανελθόντων δὲ, μόνος  
αὐτὸς ἤγαγκάθη δράμειν. οὐ γὰρ εἴσα τοῦτον  
ὑπομένειν ή σφοδρότης τοῦ Φίλτρου, καὶ τὸ λίσι-  
βούλεθαι πρὸ τῶν ἄλλων μαδητῶν ἐντυχεῖν τῷ  
διδασκάλῳ, καὶ συγγνώμην τῆς ἀρνήσεως ἐντε-  
λεξέραιν λαβεῖν, ὅτε καὶ ὁ Φίδη αὐτῷ ὁ κύριος,  
ὡς προϊόντες εὐρύσσομεν. τρὶς οὖν ἀπελθὼν, τὸ  
τριπλοῦν κάντεῦθεν τῆς ἀρνήσεως ἐθεράπευσε.

## Cap. LXIII. De Cleopa.

Vers. 13. Et ecce — Emaus.

Vltimo capite euangelii secundum Marcum quae-  
re, vbi ponitur, Post haec autem duobus ex ipsis  
ambulantibus, apparuit in alia forma euntibus eis,  
et caetera: et lege illorum enarrationem; con-  
ducit enim ad proposita Lucae verba. Dixit au-  
tem, Ex illis, hoc est, simpliciter ex omni-  
bus illis.

Vers. 14. Et — his.

D-e cruce signisque horrendis, quae tunc facta  
erant, de sepulchro et his, quae a mulieribus re-  
nuntiata fuerant, ac de resurrectione domini.

Vers. 15. Et — illis.

Conquisitionem vocat indaginem, puta: Quo-  
modo, quum talis esset, huiusmodi passus est?  
et quomodo, quum mortuus ac sepultus esset, re-  
surrexit?

Vers. 16. Oculi vero — eum.

In hoc solum tenebantur, ne eum agnoscerent.

Vers. 17. Dixit — trifles?

Confertis siue obiicitis et inquiritis,

Vers. 18. Respondens — diebus illis?

Cognito ex voce et habitu, quod et ipse Iudeus  
esset, improperant, non quod solus ipse diuerla-  
retur Ierosolymis, sed quod solus ignoraret, quae  
omnibus ibi diuersantibus nota erant: et increpa-  
do dicunt, Tu solus ex omnibus, qui Ierosolymis  
habi-

3) Ita uterque, pro ἀντίθετο. Vulgo tantum τι-  
θέσις notant Grammatici.

4) τίν. A.

## Κεφ. ΠΓ. Περὶ τοῦ ἡλοπᾶ.

Vers. 13. Καὶ ἴδου — ἐμμαούς.

Ἐν τῷ τελευταίῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ μάρκου  
ζήτησον τό<sup>ι</sup> μετά<sup>4)</sup> δὲ ταῦτα δυσὶν ἐξ αὐτῶν πε- d) Marc. 16, 12.  
ριπάτουσιν ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, πορευο-  
μένοις εἰς σύρρον, καὶ τὰ ἔξης. καὶ ἀνάγνωστι, τὴν  
ἐξήγησιν αὐτῶν, χρησιμέστατον εἰς τὰ προκείμε-  
να ἥητὰ τοῦ λουκᾶ. ἐξ αὐτῶν δὲ ἐπεν ἀπλᾶς,  
ἥγουν, ἐκ τῶν ὅλων μαθητῶν.

Vers. 14. Καὶ — τούτων.

Περὶ τε τοῦ σαυροῦ, καὶ τῶν τηνικαῦτα Φοβε-  
ρῶν σημείων, καὶ τῆς ταφῆς, καὶ τῶν ἀπαγγελ-  
θέντων ὑπὸ τῶν γυναικῶν περὶ τῆς αναστάσεως  
τοῦ κυρίου.

Vers. 15. Καὶ — αὐτοῖς.

Συζήτησιν λέγει, τὴν ἐξέτασιν, οἷον, πῶς τοι-  
οῦτος ἀν, τοιαῦτα πέπονθε, καὶ πῶς ἀποθα-  
νὼν ἀνέση;

Vers. 16. Οἱ δὲ ὄφθαλμοὶ — αὐτόν.

Ἐκρατοῦντο εἰς τοῦτο μόνον, τὸ μὴ ἐπιγγῶνα  
αὐτόν.

Vers. 17. Εἶπε — σκυθρώποι;

Ἀντιβάλλετε, ἥγουν, αντιτιθέατε<sup>3)</sup> ἡ ἐξε-  
τάξετε.

Vers. 18. Ἀποκριθεὶς — ἡμέραις ταύταις;

Ἄπο τε τῆς Φωνῆς καὶ τῆς σολῆς γνόντες, ὅτι  
ιούδαιος καὶ αὐτός ἐνι, ὀνειδίζουσιν, οὐχ ὡς μό-  
νον παροικοῦντα τῇ<sup>4)</sup> ἱερουσαλήμ, ἀλλ’ ὡς μό-  
νον δέγνοοῦντα τὰ πᾶσι τοῖς παροικοῦσιν ἐγνωσμέ-  
να, καὶ Φασὶν ἐπιπληκτικῶς σὺ μόνος ἐκ πάντων  
τῶν παροικοῦντων τῇ<sup>5)</sup> ἱερουσαλήμ παροικεῖς ἱερου-  
σαλήμ,

habitantes, diuersaris in Ierusalem ignorans, quae  
in ea facta sunt his diebus?

Vers. 19. *Et — Quae?*

**I**gnorantiam singit, ut etiam ex ore illorum audiat,  
quae a corde eorum cognoscebat, et ita obiurget  
ac increpet illos.

Vers. 19. *At illi — populo.*

**V**irum prophetam illum fuisse opinabantur, im-  
perfecta adhuc fide. Per opus itaque signa intel-  
lige: per sermonem vero, doctrinas.

Vers. 20. *Quomodo — eum.*

**H**oc in loco γείρας, iudicium, capitur pro con-  
demnatione.

Vers. 21. *Nos — Israel.*

**S**perabamus, quod ipse esset redemptor noster,  
qui a scripturis annuntiabatur.

Vers. 21. *Atqui — facta sunt.*

**C**um his omnibus, hoc est, factis his omnibus.

Vers. 22. *Sed et — v. 23. viuere.*

**M**ulieres quaedam ex nobis, sive nostrae, aut fide-  
les, sicut et nos. Dicit autem illas, quae cum  
Maria Magdalene erant, et ipsam Magdalenen.  
Atonitos, inquit, nos reddiderunt, utpote incre-  
dibilia assuerantes.

Vers. 24. *Et — monumentum.*

**P**etrus videlicet et Iohannes, ut praediximus.

Vers. 24. *Et — viderunt.*

**I**ta inuenerunt, hoc est, non inuenerunt cor-  
pus eius.

Vers. 25.

σαλήμ, μὴ ἐγνώσκω τὰ γνόμενα<sup>5)</sup> ἐν ταῖς ήμέ-  
ραις ταύταις;

Vers. 19. Καὶ — ποῖα;

Προσποίεται ἀγγοισεν, ἵνα καὶ διὰ σόματος αὐ-  
τῶν ἀκούσῃ, ἢ διὰ τῆς καρδίας αὐτῶν ἐγνώσκε,  
καὶ οὐτοις ὄνειδίσῃ, καὶ ἐπιπλήξῃ αὐτοῖς.

Vers. 19. Οἱ δὲ — λαοῦ.

Ἄνδρες προφήτην αὐτὸν εἶναι υπελάμβανον, ἀτε-  
λῆ πίειν ἔτι ἔχοντες. ἔργον μὲν οὖν νόει, τὰ ση-  
μεῖα λόγου δὲ, ταῖς διδασκαλίας.

Vers. 20. Οποιοι — αὐτοί.

Ἐτις καταδίκην θανάτου.

Vers. 21. Ἡμεῖς — ισραὴλ.

Ἔλπιζομεν, αὐτὸν εἶναι τὸν υπὸ τῶν γραφῶν  
καταγγελλόμενον λυτρωτὴν ήμῶν· νῦν δέ οὐτοις  
ἀποδιανόντα ἀπηλπίσαμεν.

Vers. 21. Ἀλλαγε — ἐγένετο.

Σὺν πᾶσι τούτοις, αὐτὶ τοῦ, πάντων τούτων  
γενομένῳ.

Vers. 22. Ἀλλακαὶ — v. 23. Σὺν.

Γυναικές τινες ἐξ ήμῶν, ἥγουν, ήμέτερα, ἥ ὡς  
ἥμεις πισταί. λέγει δὲ τὰς περὶ μαρίαν τὴν μαγδα-  
ληνήν. ἐξέισαν δὲ ήμᾶς, ὡς ἀπιστα δισχυρέ-  
ζόμεναι.

Vers. 24. Καὶ — μυημένοι.

Πέτρος καὶ Ιωάννης, ὡς προειρήκαμεν.

Vers. 24. Καὶ — εἴδον.

Ἐῆρον οὖτοι, τούτεσιν, οὐχ εὗρον τὸ σῶμα  
αὐτοῦ.

Vers. 25. *Et — prophetae.*

**I**nsensatos illos dixit, tacite ad sui cognitionem excitans: Tardos vero corde, vtpote tardos ad credendum ea, quae prophetae loquuti fuerant de morte et resurrectione ipsius.

Vers. 26. *Nonne — suam?*

**H**aec, quae videlicet loquuti fuerant prophetae. Gloriam suam, quae videlicet sua erat diuinitatis. Est autem interrogatorius sermo.

Vers. 27. *Et — ipso.*

**A**Mose siue a Mosaicis libris.

Vers. 28. *Et — ibant.*

**Q**uo ibant.

Vers. 28. *Et — ire.*

**S**imulabat, se longius ire, tanquam vulgaris comes fuisset itineris.

Vers. 29. *Et — dies.*

**I**nclinatus est ad occasum.

Vers. 29. *Et — v. 31. eum.*

**Q**uum vidissent assuetam ac cognitam panis benedictionem: nam tunc permissi sunt, vt eum agnoscerent.

Vers. 31. *Et — illorum.*

**N**e amplius tardarent, sed citius ad discipulos reuerterentur: volebat namque eodem die omnibus simul apparere.

Vers. 32. *Et — scripturas?*

**I**acendebatur, saliebat, mouebatur ac vibrabat.

Vers. 33.

Vers. 25. Καὶ — προφῆται.

<sup>3</sup>Αγονήτους μὲν αὐτοὺς<sup>6)</sup> ἀνόμισες, διεγείρων ἡρέμα πρὸς ἐπιγνωσιν αὐτοῦ. Βραδεῖς δὲ τῇ καρδίᾳ, ὡς νωθροὺς εἰς τὸ πισένειν ἐπὶ πᾶσιν, οἵς ἐλάλησαν οἱ προφῆται περὶ τε τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ.

Vers. 26. Οὐχὶ — αὐτοῦ;

<sup>4</sup>Ταῦτα, ἂν ἐλάλησαν οἱ προφῆται. δόξαν δὲ αὐτοῦ, τὴν τῆς Θεότητος. κατ' ἐρώτησιν δὲ ὁ λόγος.

Vers. 27. Καὶ — ἐαυτοῦ.

<sup>5</sup>Απὸ μαϋσέως, ἥγουν, ἀπὸ τῶν μωσαϊκῶν βιβλίων.

Vers. 28. Καὶ — ἐπορέουντα

<sup>6</sup>Οπου ἐπορέουντο.

Vers. 28. Καὶ — πορέυεσθαι.

<sup>7</sup>Ἐσχηματίζετο πορέωτέρω πορέυεσθαι, ὡς ἀπλῶς συνοδοιπόρος.

Vers. 29. Καὶ — ἥμέρα.

<sup>8</sup>Ἐκλινεν εἰς τὸ δύνατον.

Vers. 29. Καὶ — v. 31. αὐτόν.

<sup>9</sup>Ιδόντων τὴν συνήθη καὶ γνώριμον εὐλογίαν τοῦ ἄρτου. τότε γὰρ συνεχωρέθησαν ἐπιγνῶναι αὐτόν.

Vers. 31. Καὶ — αὐτῶν.

<sup>10</sup>Ινα μὴ βραδύγωσιν ἔτι, ἀλλὰ τάχιον υποστρέψωσιν εἰς τοὺς μαθητάς. ἐβούλετο γὰρ αὐτημέρον ἐμφανισθῆναι πᾶσιν αὐτοῖς.

Vers. 32. Καὶ — γραφάς;

<sup>11</sup>Καιομέγη, ἥγουν, σφύζουσα, παλλομένη.

Vers. 33.

<sup>6)</sup> αὐτοὺς, abest. A.

Vers. 33. — *Ierusalem.*

Surrexerunt eadem hora, non tamē reuersi sunt eadem hora: nam erat via sexaginta stadiorum. Verisimile est autem, quod declinante sole cucurserint prae nimio gāudio totum interuallum ad noctem usque, septem videlicet millia et dimidium, quae in praedictis erant stadiis.

Vers. 33. — *illis.*

Qui cum illis erant, puta, septuaginta, aut simpliciter omnes. Sed quomodo dixit, quod inuenierunt congregatos vndeциm? Siquidem Iudas Iscariotes iam abiectus erat: et Thomas tunc praesens non erat. Ait enim Iohannes: Thomas autem unus ex duodecim, qui cognominabatur Didymus, non erat cum illis, quando venit Iesus. Dicendum est ergo, quod ex quo Matthias aderat, qui loco Iscariotis forte electus est, etiam ipsum iam consummeravit, tanquam cum vndeциm Apostolis cooptatum.

Vers. 34. — *Dicentes — à Simone.*

Quaere rursus ultimo capite euangelii secundum Marcum, vbi dicitur, Post haec autem duobus ex ipsis ambulantibus, apparuit in alia effigie, euntibus rus; et caetera: ac lege illorum enarrationem, quae ad praesens dictum plurimum conductit.

Vers. 35. — *Et ipsi — v. 36. vobis.*

Consequenter ibi etiam de his inuenies. Considera autem, quod et discedens pacem illis reliquerit, sicut scripsit Iohannes: rursumque rediens pacem tribuit: pacem, inquam, quae et rem et nomen dulce habet.

Vers. 37.

? ἡμέρα, προ παρόπεδη. A.

Vers. 33. — Καὶ — ἱεροῦσαλήμ.

<sup>3</sup> Αὐτησαν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, οὐ μὴν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὑπέρεψαν. ἐξήκοντα γὰρ σαδίων ἦν ἡ ὁδός. εἰκὸς δὲ, κλίναντος τοῦ ἡλίου, δραμεῖν αὐτοὺς ἵπο περιχαρέας ὅλον τὸ διάσημα μέχρι τῆς νυκτὸς, εἰς ὄκτω καὶ ἡμισυ μίλια συμποσουμένων τῶν ἐξήκοντα σαδίων.

Vers. 33. — αὐτοῖς.

Σὺν αὐτοῖς ἦσαν, ἢ τινες τῶν ἑβδομήκοντα, ἢ πάντες. ἀλλὰ πῶς εἶπεν, ὅτι εὔρον συνηθροισμένους τοὺς ἔγδεικα, τοῦ ἰσκαριώτου μὲν ἀποβληθέντος ἡδη, τοῦ Θωμᾶ δὲ μὴ παρόντος τότε; Φησὶ γὰρ ὁ Ἰωάννης· Θωμᾶς<sup>e)</sup> δὲ, εἰς ἐκ τῶν δάδεικα,<sup>e)</sup> Io. 20, 24 ὁ λεγόμενος δίδυμος, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν, ὅτε ἤλθεν ὁ Ἰησοῦς. ἐξι τοίνυν εἰπεῖν, ὅτι ἐπειδὴ ματθίας παρῆν,<sup>7)</sup> ὁ κληρωθεὶς ἀντὶ τοῦ ἰσκαριώτου, συνηρίζμησεν ἡδη καὶ τοῦτον, ὡς συγκαταψηφίζεντα μετὰ τῶν ἔγδεικα ἀποσόλων.

Vers. 34. — Δέγοντας — σίμων.

Ζήτησον αὐθίς ἐν τῷ τελευταίῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ μάρκον τό· μετὰ<sup>f)</sup> δὲ ταῦτα δύστιν ἐξ αὐτοῦ.<sup>1)</sup> Marc. 16, 12. τῶν περιπατοῦσιν Ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, πορευομένοις εἰς ἀγρὸν, καὶ τὰ ἐξῆς· καὶ ανάγνωθι τὴν ἐξήγησιν αυτῶν πάνυ χρησιμένουσαν τῷ προκειμένῳ ἁητῷ.

Vers. 35. — Καὶ αὐτοὶ — v. 36. ὑμῖν.

<sup>3</sup> Εφεξῆς ἐκεῖ καὶ περὶ τούτων εὑρήσεται. ὅρᾳ δὲ, ὅτι καὶ ἀποδημῶν εἰρήνην αὐτοῖς αὐτίκεν,<sup>8)</sup> ὡς ὁ<sup>g)</sup> Io. 14, 27. Ἰωάννης ἐγραψε, καὶ αὐθίς ἐπιδημήσας, εἰρήνην δίδωσιν· εἰρήνην, τὸ γλυκὺ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα.

Vers. 37. *Expauefacti* — v. 38. *Vestra?*

*Expauefacti*, id est, turbati. Cogitationes autem de hoc ascendebat, utrum videlicet spiritus esset, id quod videbatur, siue spectrum. Ostendit ergo, quod cordium esset cognitor. Deinde aliud quoque dat signum.

Vers. 39. *Videte* — *sum*.

*Et quomodo ab his eum cognoscere poterant?*  
*Quia clauorum adhuc ferebant foramina.*

Vers. 39. *Contrectate* — *habere*.

*Contrectate per tactum.*

Vers. 40. *Et* — *pedes*.

Sed quam ob rem non meminit quomodo eos attraxerit ambulans circa mare Galilaeae? Quia Matthaeus et Marcus hoc tradiderunt. Sed quia illi praetermisserant, quae circa Philippum acciderant, haec nunc iste manifestat. Ait autem illi Iesus, Sequere me. Sciens quidem et hunc iam animo sequutum, quum de eo audisset ab his qui seabantur, sed reverentia detineri, soluit eum metu. Dicit autem euangelista qua sit Philippus ciuitate oriundus, puta a Bethsaida vili ac ignobili: ut scias quod ignobilia mundi elegerit Deus.

Vers. 46. *Reperit Philippus Nathanaël.*  
Postquam videlicet Christum sequutus erat.

Vers. 46. *Et — inuenimus.* Sumto de ipso experimento, statim praedicator efficitur: sciensque Nathanaël in legis ac prophetarum scripturis diligentissimum: siquidem erat in eis maxime versatus, quemadmodum et ipse Christus attestatur, et res ipsa demonstrauit: ad Mosen ac prophetas eum remittit, confirmans inde suum de Christo testimonium esse fide dignum.

Vers. 46.

<sup>4)</sup> Chryſost. Tom. VIII. p. 113. B. ἐκ πρώτης γλω-  
σίας.

λεν ἐκ πρώτης<sup>4)</sup> τριχὸς, τούτους ἐξ ἀρχῆς ὥν-  
μασεν· ὡν δὲ ὑπερον, τέττας ὑπερον.

Vers. 44. Τῇ ἐπαύριον — v. 45. πέτρου.  
Τῇ ἐπαύριον μὲν ἡθέλησεν ἐξελθεῖν, ὃ τῇ ἐπαύ-  
ριον δὲ εὐρίσκει τὸν Φίλιππον, ἀλλά ὑπερον, με-  
τὰ τὸ ἐπισπάσαθαι πέτρον καὶ σὺνδρέαν καὶ ἴακω-  
βον καὶ ἰωάννην, ὡς ἀπὸ τῶν ἄλλων εὐαγγελι-  
σῶν ἐξει διαγνώσκειν.

Αλλὰ τίνος ἔνεκεν οὐκ ἐμνημόνευσε, πῶς αὐ-  
τοὺς εἴλισε, περιπατῶν παρὰ τὴν Θάλασσαν  
τῆς γαλιλαίας; διότι ματθαῖος καὶ μάρκος τοῦ-  
το παράδεδώκασιν. ἐπεὶ δὲ τὰ κατὰ τὸν Φίλιπ-  
πον ἐκεῖνοι παρέδραμον, ταῦτα νῦν οὗτος ἀπαγ-  
γέλλει. λέγει δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ἀκολούθει μοι,  
γινώσκων, ὅτι ποθεὶ μὲν ἀκολουθήσαι καὶ αὐτὸς,  
ἀκινοὺς περὶ αὐτοῦ παρὰ τῶν ἀκολούθουντων  
εὐλαβεῖται δέ. λύει οὖν αὐτοῦ τὴν αἰδώ. λέγει  
δέ<sup>5)</sup> ὁ εὐαγγελιστής, καὶ ποίας πόλεως ἦν, ὅτι  
ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ, τῆς εὐτελοῦς καὶ Φαύλης, ἵνα  
μάθῃς, ὅτι τὰ ἀδενῆ τῆς κόσμου ἐξελέξατο ὁ  
Θεός.

Vers. 46. Εὐρίσκει Φίλιππος τὸν ναθανα-  
ήλ. Μετὰ τὸ ἀκολούθησαι τῷ χριστῷ, δη-  
λονότι.

Vers. 46. Καὶ — εὐρήκαμεν. Πεῖραν  
αὐτῷ λαβὼν, κήρυξ αὐτῷ γίνεται παραυτίκα,  
καὶ γινώσκων τὸν ναθαναήλ ἀκριβέστατον ἐν τε  
ταῖς νομικαῖς, καὶ ταῖς προφητικαῖς γραφαῖς  
καὶ γὰρ ἦν τὰ τοιαῦτα ἀριστα διεσκεμμένος, ὡς  
καὶ ὁ χριστὸς ἐμαρτύρησε, καὶ τὸ ἔργον ἐδεξεν  
ἐπὶ τὸν μαῦσέα καὶ τὰς προφήτας αὐτὸν παρα-  
πέμπει, κατασκευάζων ἐκεῖθεν ἀξιόπιτον τὴν  
περὶ τῷ χριστῷ μαρτυρίαν ἔστου.

Vers. 46.

<sup>5)</sup> καὶ, interponit. A.

Vers. 46. *Iesum filium Ioseph.* Adhuc enim filius eius esse putabatur.

Vers. 46. *A Nazaret.* A Nazaret ideo dicebatur, quod ibi natus esset.

Vers. 47. *Et — esse?* Quum prophetam audiret dicentem, Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es inter principatus Iuda: ex te enī exibit dux, qui regat populum meum Israēl, e Bethlehem Christum expectabat: nunc autem audiens eum Nazarenū esse, turbatus est et admirabatur, non inueniens Philippi verbum conuenire prophetiae, ideoque opinatus hunc circa locum esse lapsū, benignam fingit obiectionem, innuens non ita ipsum inuentum esse, sed eum esse a Nazaret, plane quodammodo per modum interrogationis repellit, suam ostendens circa scripturas diligentiam, et infallibilitatem figuratum.

Est autem simile ac si diceret, Vtrum fieri potest, ut a Nazaret adeo exigua et abiecta sit quippiam boni? Nam Galilaea à Iudeis male audiebat; porro Nazaret Galilaeae ciuitas erat. Dicebat autem hoc certissimus, quod non a Nazaret, sed a Bethlehem expectaretur Christus.

Vers. 47. *Dicit — vide.* Modum quo hoc dixerat ignorans, putansque illum simpliciter ciuitati Nazaret detrahere, ducit ipsum ad Christum tanquam statim crediturum, si modo doctrinam ac conuersationem eius gustasset.

Vers. 48.

<sup>6)</sup> Exciderunt inclusa. A.

<sup>7)</sup> καὶ τότε τοιοῦτον in interpretatione neglexit Hen-  
tenius. Forte autem corrigendum, aut καὶ τὸ τοιοῦτον,  
aut καὶ ταῦτα τοιοῦτον, scilicet ἀγαθὸν,  
οἶον

Vers. 46. Ἰησοῦν τὸν υἱὸν Ἰωσῆφ. Ἐτι  
γὰρ τέτου υἱὸς εἶναι ἐνομίζετο.

Vers. 46. Τὸν ἀπὸ ναζαρέτ. Ἐκ ναζα  
ρὲτ ἐλέγετο, διὰ τὸ τραφῆναι ἐν αὐτῷ.

Vers. 47. Καὶ — εἶναι; Ἀκόντων τῷ προ-  
φήτῃ λέγοντος· καὶ σὺ βηθλεέμ, γῆ ισόδος, γδα-  
μῶς ἐλαχίση εἰ ἐν ταῖς ἡγεμόσιν ιούδαι. ἐκ σοῦ  
γὰρ ἔξελευσεται ἥγούμενος, ὃσις ποιμανὴ τὸν  
ἰσραὴλ· ἐκ βηθλεέμ προσεδόκω τὸν χριστόν. μα-  
θὼν δὲ ὑν, ὅτι ἀπὸ ναζαρέτ ἐσιν, ἐθορυβήθη  
καὶ διηπόρησεν, οὐχ εὐρίσκων συμβαίνοντα τῇ  
προφητείᾳ τὸν λόγον τῷ φιλίππου. διὸ καὶ λο-  
γισάμενος, ἐσφάλιθα τέτον περὶ τὸν τόπον, ἐπι-  
εικῇ ποιεῖται παραίτησιν, γ' τῷ εὔρεθηναι αὐτὸν,  
ἄλλα τῷ ἀπὸ ναζαρέτ εἶναι, καὶ ὅμαλῶς πάσι,  
ἐν ἐρωτήσεως τάξει, διωδεῖται τοῦτο, δεικνύων  
τὸ περὶ τὰς γραφὰς ἀνερίθες αὐτοῦ, καὶ τὸ τῶν  
τρόπων ἀνεξαπάτητον.

[“Ο<sup>6</sup>) δὲ λέγει, τοιᾶτον ἐσιν. Ἄξει ἐκ ναζα-  
ρὲτ ἐνδέχεται τι ἀγαθὸν εἶναι, <sup>7)</sup>] καὶ τότε τοιᾶ-  
τον,] τῆς ἐτώ Φαύλης καὶ ἀπεργίμμένης; διε-  
βάλλετο γὰρ πάρεξ τῆς <sup>8)</sup> ἰεδαῖας η γαλιλαῖα.  
τῆς δὲ γαλιλαῖας ἐσὶ πόλις, η ναζαρέτ, ἐλεγε δὲ  
τοῦτο, πεπληροφορημένος, ὅτι ὁ πρεσβοκάμενος  
οὐκ ἐσιν ἀπὸ ναζαρέτ, ἀλλ ἐκ βηθλεέμ,

Vers. 47. Λέγει — οὐδε. Ἀγροῶν τὸν  
τρόπον, διὸ εἴπε τοῦτο, καὶ ἀπλῶς αὐτὸν δια-  
βάλλειν τὴν ναζαρὲτ σιηθεῖς, ἐλκει τοῦτον ἐπὶ<sup>9)</sup>  
τὸν χριστὸν, <sup>9)</sup> ὡς αὐτίκαι πειθησόμενον, εἰ μόνοι  
γεύσεται τῆς διδασκαλίας καὶ ὅμιλοις αὐτοῦ.

Vers. 48.

οὗτοι δὲ μεσίταις. τρόποι autem non sunt figurae, sed  
mores, ingenium.

<sup>8)</sup> Immō, τοῖς ιούδαιοις, ut Hentenius legit.

<sup>9)</sup> αἰς, abest. A. mox legitur, πειθησόμενος. B.

Vers. 48. *Vidit — Israëlia.* Laudauit ipsum quasi intelligentem quae legerat: id enim est vere Israëlia. Nam pontifices et scribae qui que illos contingebant, non attendentes ea quae legebant, falso nomine Israëliae dicebantur.

Vers. 48. *In — est.* Dolum vocat, veritatis confectionem vel obscurationem a malitia.

Vers. 49. *Dicit — nosti?* Non est laudibus inflatus, sed rogat unde eum talem esse cognosceret qualem dicebat.

Vers. 49. *Respondit — videbam te.* Ille quidem tanquam hominem adhuc rogabat, ipse vero quasi Deus illi respondet: nam se vidisse dicit quod nullus vidit. Priusquam autem occurisset ei Philippus, fuerat sub ficu, nullo praesente aut ipsum vidente. Dedit itaque signum quod cognosceret ac videret quae hominibus visa non forent: ideoque et tempus dixit et locum ac arborum. Simul etiam indicauit se omnino audisse quae dixisset, Vtrum a Nazaret posset quippiam esse boni: et ex hoc magis intellexit ipsum esse Christum. Cogitabat enim quod aliter non eum laudasset, sed potius repulisset.

. Caeterum et a prophetia, et a laude ipsum esse credidit. Prophetia vero non de futuris tantum est, verum etiam de praeteritis: sicut Moses de mundi constitutione: et de praesentibus, ut quum dixit Christus quae sint in corde hominum.

Vers. 50. *Respondit — Israël.* Vides animam præ nimia lætitia exultantem, hisque verbis ipsum amplectentem: Tu inquit, ille ipse es qui expectabatur.

Sed

<sup>1)</sup> Tria haec vocabula absunt, A.

<sup>2)</sup> λέγει. A.

Vers. 48. Εἶδεν — ἴσραηλίτης. Ἐπή-  
γεσεν αὐτὸν, ὡς ἐπιγινώσκοντα, ἀναγινώσκει.  
τοῦτο γὰρ τοῦ ἀληθῶς ἴσραηλίτου. οἱ γὰρ ἀρχιε-  
ρεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ κατ' ἐκείνους, οὐ  
προσέχοντες, οἱς ἀνεγινώσκον, ψευδώνυμοι ἦσαν  
ἴσραηλίται.

Vers. 48. Ἐν — ἔσι. Δόλον λέγει, τὴν  
ἐπικάλυψιν τῆς ἀληθείας, τὴν πονηρίαν.

Vers. 49. Λέγει — γινώσκεις; Όυκ  
ἔχαυνώθη τοῖς ἐπαίνοις, ἀλλ' ἐξήτησε μαθεῖν,  
πόθεν αὐτὸν γινώσκει τοιούτον, οἷον λέγει.

Vers. 49. Ἀπεκρίθη — εἶδόν σε. Ό μὲν,  
ὡς ἀνθρωπον, αὐτὸν ἐξήταξεν ἔτι· αὐτὸς δὲ, ὡς  
θεός, αὐτῷ ἀποκρίνεται. λέγει γὰρ ιδεῖν, ὃ οὐ-  
δεὶς ἔωρακε. πρὸ τοῦ ἐντυχεῖν γὰρ αὐτῷ τὸν φίλ-  
ιππον, ἦν ὑπὸ τὴν συκῆν, οὐδενὸς παρόντος, ἢ  
ὄρωντος αὐτόν. δέδωκεν οὖν τεκμήριον αἰναιτίρρη-  
τον τοῦ γινώσκειν αὐτὸν, καὶ ὅραν τὰ τοῖς ἀν-  
θρώποις ἀθέατα. διὸ καὶ τὸν καιρὸν ἐπει, καὶ  
τὸν τόπον, καὶ τὸ δένδρον, καὶ ἄμα ἐδειξεν, ὅτι  
καὶ ἡκουσε πάντως, ὃ εἶπεν, ὅτι ἐκ ναζαρὲτ δύ-  
νατά τι ἀγαθὸν ἔιναι· καὶ ἐκ τούτου μᾶλλον  
συνῆκεν, ὅτι αὐτὸς ἐιν ὁ χριστός. ἐλογίσατο γὰρ,  
ὅτι εἰ μὴ ἦν, οὐκ ἂν ἐπήνεσεν αὐτόν. ἀλλ' ἀπώ-  
σατο ἄν. λοιπὸν οὖν ἐκ τε τῆς προφητείας, ἐκ  
τε τοῦ ἐπαίνου πεπίσευκεν, ὅτι αὐτὸς ἐσι.

[Προφητεία<sup>1</sup>) δέ ἐσιν,] οὐκ ἐπὶ τῶν μελλόν-  
των μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παρελθόντων, ὡς  
ἡ μωϋσέως περὶ τῆς κοσμογενείας· καὶ ἐπὶ τῶν  
ἐνετώτων, ὡς ὅταν ὁ χριστός λέγη<sup>2</sup>) τὰ ἐν ταῖς  
καρδίαις τῶν ἀνθρώπων.

Vers. 50. Ἀπεκρίθη — ἴσραηλ. Ἔγνως  
ψυχὴν ὑπὸ περιχώρείας σκιρτῶσαν, καὶ περι-  
πτυσσομένην αὐτὸν τοῖς βίμασι τούτοις· σὺ εἰ,  
Φησὶν, αὐτὸς ἐκεῖνος, ὃ προσδοκῶμενος.

Sed quare Petrus qui post tanta miracula tantumque doctrinam confessus est ipsum esse Dei filium, beatus dictus est: Nathanaël vero qui et ante miracula, et ante doctrinam hoc ipsum fecit, non est dictus beatus? Quia licet hoc ipsum loquuntur est, non tamen eadem mente. Nam Petrus eum natura Dei filium esse confessus est: Nathanaël vero, Dei filium adoptione: et ille quidem proprie Deum, hic autem per gratiam, quod manifestum est ex eo quod subditur, Tu es rex Israël. Qui enim natura Dei filius est, non Israëlitarum solum, sed et omnium rex est. Neque hinc solum manifestum est, verum etiam ab his quae respondit Christus, ad perfectiorem confessionem hunc inducens ac docens, ne sibi quasi puro homini auscultaret.

Vers. 51. *Respondit — videbis.* Ut perfectius credas. Nam quum parua adhuc audisset, parum credebat.

Vers. 52. *Et dixit — hominis.* ¶ Primum dixit Ascendentés, significans quod usque hunc cum eo præsentes fuerant eique ministraverant.

Siquidem tanquam super legitimum Dei filium ascendebant et descendebant angeli Dei ad eum, ministrantes illi: hoc quidem circa tempus passionis, illud autem tempore resurrectionis et assumptionis. Cui autem in modum seruorum ministrant angeli, hic non simpliciter homo est, sed et Deus ac dominus. Amen amen dico vobis fidelibus, Posthac videbitis, post ingenuam veramque fidem.

Haec

<sup>3)</sup> ei, pro d. A.

<sup>4)</sup> Inclusa in margine habent, A. B.

<sup>3</sup>Αλλαὶ τίνος ἔνεκεν ὃ πέτρος μὲν, μετὰ τοσ-  
αῦτα θαύματά, καὶ τοσαύτην διδασκαλίαν,  
όμολογήσασι αὐτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐμακαρίδη· ὁ  
ναθαναῆλ δὲ, καὶ πρὸ τῶν θαυμάτων, καὶ πρὸ  
τῆς διδασκαλίας τὸ αὐτὸ ποιήσας, οὐκ ἐμακα-  
ρίδη; διότι εἰ καὶ τὸ αὐτὸ ἐφθέγξαντο, ἀλλ' ἢ  
μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας. ὁ πέτρος μὲν γὰρ Φύ-  
σει υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦτον ὠμολόγησεν· ὁ ναθαναῆλ  
δὲ, υἱὸν τοῦ Θεοῦ θέσει. καὶ ὁ μὲν Θεὸν κυρίως· ὁ  
δὲ Θεὸν κατὰ χάριν. καὶ τοῦτο δῆλον, ἀπὸ τοῦ  
ἐπαγγεῖν· σὺ εἶ ὁ Βασιλεὺς τῷ ἵστραι. ὁ δὲ γὰρ  
Φύσει υἱὸς τῷ Θεῷ, ἢ μόνων τῶν ἵστραις ιτῶν, ἀλ-  
λὰ πάντων Βασιλεύς ἐστιν. οὐκ ἐντεῦθεν δὲ μόνον  
τοῦτο δῆλον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ χριστὸς ἀπεκρί-  
θη, προάγων τοῦτον ἐπὶ τελειοτέραν ὄμολογίαν,  
καὶ διδάσκων, μὴ αἰς ἀνθρώπῳ ψιλῷ προσέχειν  
αὐτῷ.

Vers. 51. Ἀπεκρίθη — ὥψει. Ἰνα καὶ  
μεῖζον πιεύσῃς. ἔτι γὰρ μικρὰ ἀκούσας, μικρὰ  
ἐπιτίευσε.

Vers. 52. Καὶ λέγει — ἀνθρώπου. [Ἄνθρωποι  
βαίνοντας<sup>4</sup>) εἴπε πρῶτον, δηλῶν τοὺς ἄλλους τού-  
του<sup>5)</sup>, συμπαρόντας καὶ διακονοῦντας αὐτῷ.]

Ως γὰρ ἐπὶ γυνήσιον υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀνέβαινον  
καὶ κατέβαινον σὶ ἄγγελοι τῷ Θεῷ ἐπὶ αὐτὸν,  
διακονοῦντες<sup>6</sup> τοῦτο μὲν, παρὰ τὸν καρδὸν τῷ πά-  
θε, τοῦτο δὲ, παρὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως, τοῦτο  
δὲ, παρὰ τὸν τῆς ἀναλήψεως. ὃ δὲ ἄγγελοι δια-  
κονοῦσι θελοπίρεπᾶς, οὗτος οὐκ ἐστιν ἀνθρώπος  
ἀπλῶς, ἀλλὰ καὶ<sup>6)</sup> θεὸς καὶ δεσπότης αὐτῶν.  
ἀμήν ἀμήν λέγω ὑμῖν, τοῖς πιστοῖς, ἀπάρτι ὥψε-  
θε, μετὰ τὸ πιεύσαι γυνησίας. ταῦτα δέ εἰσι

<sup>5)</sup> ἄλλοι τότε. A.

<sup>6)</sup> καὶ, abest. A.

Haec autem sunt maiora illa de quibus dixerat,  
Maiora his videbis.

Visionem vero intellige etiam cognitionem.  
Haec enim omnes discipuli cognoverunt: hi qui-  
dem videntes, illi autem ab his qui viderant au-  
dientes.

Quod ergo in aliis, hoc etiam nunc facit.  
Siquidem duo vaticinia protulit: unum certum di-  
eens, Priusquam te Philippus vocaret, quum essem  
sub sieu, videbam te: aliud vero ambiguum, pu-  
ta quod visuri essent coelos apertos et caetera, et  
a certo confirmat ambiguum. Ideo etiam Natha-  
nael tacuit, Christus vero substitit ac siluit, expe-  
ctans verbum eius, sinens ut dicta apud se reuol-  
ueret. Vbi enim semen in terram bonam semi-  
nasset, reliquit: ut per otium postmodum nasce-  
retur.

## Cap. I. De nuptiis in Cana.

Cap. II. v. 1. *Et — Galilaeae,*

Tertio post Christi a deserto descensum.

Vers. 1. *Et — ibi.* Vocata tanquam  
familiaris ab his qui nuptias celebrabant.

Vers. 2. *Vocatus — nuptias.* Et ipsi  
quasi familiares. Accessit autem Saluator non ha-  
bito respectu ad suam dignitatem, sed ad homi-  
num utilitatem. Siquidem qui nuptias considerat,  
venit ut eas honoraret, suaque praesentia sanctifi-  
caret: et quum serui formam assumisset, non de-  
dignatur seruorum interesse nuptias, licet qui eum  
vocauerant, non haberent congruentem de eo opi-  
nionem.

τὸ τὸ, pro τὴν. A.

τὰ μέίζω, περὶ ὧν ἔπειν, ὅτι μέίζω τούτων  
ἔψει.

"Οψιν δὲ νόησον, καὶ τὴν γνῶσιν. ἔγυνωσαν  
γὰρ ταῦτα πάντες οἱ μαθηταὶ, οἱ μὲν ἰδόντες,  
οἱ δὲ ἀκούσαντες παρὰ τῶν ἰδόντων.

"Οπερ δὲ ἐν ἄλλοις, τοῦτο καὶ νῦν ποιεῖ.  
Δύο γὰρ εἰπὼν προφέρεσσι, τὴν μὲν ὄμολογάμενην  
ὅτι πρὸ τῆς σὲ Φίλιππου Φωνῆσα, οὐταὶ ὑπὸ τὴν  
συκῆν, ἐδόν σε τὴν δὲ ἀμφιβολον. ὅτι ὄψονται  
τὸν δρακόντα ἀνεῳγότα καὶ τὰ ἔξης ἀπὸ τῆς ὄμο-  
λογουμένης βεβαιοῦ τὴν <sup>7)</sup> ἀμφιβολον. διὸ καὶ  
σεστήγηκε μὲν ὁ ναθαναὴλ, ἐτησ δὲ καὶ ὁ χριστὸς  
μέχρι τότε τὸν λόγον, ἀφεὶς αὐτὸν κατ' ἴδιαν  
ἀναλογίαν τὰ λεχθέντα. καταβαλὼν γὰρ  
εἰς γὴν καλὴν τὸν σπόρον, κατέλιπεν ἐπὶ σχολῆς  
Βλαστῆσα λοιπόν.

## ΚεΦ. Α. Περὶ τοῦ ἐν κανᾶ γάμου.

Cap. II. v. 1. Καὶ — γαλιλαῖοις.

Τῇ τρίτῃ, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς ἐρήμου κάθοδον  
τοῦ χριστοῦ.

Vers. 1. Καὶ — ἐκεῖ. Κληθεῖσα παρὰ  
τῷ τελούντων τὸν γάμον, ὡς γνώριμος.

Vers. 2. Ἐκλήθη — γάμον. Καὶ αὐ-  
τοὶ, ὡς γνώριμοι. καὶ ἀπῆλθεν ὁ σωτῆρ, οὐ πρὸς  
τὴν ἐσυτοῦ βλέπων αὖταν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν  
ἄνθρωπων ὁφέλειαν. καὶ ὁ τὸν γάμον νομοθετή-  
σας, ἤλθε τιμήσων τὸν γάμον, καὶ ἀγιάσων  
αὐτὸν τῇ παρουσίᾳ καὶ ὁ μερφὴν δούλου λαβών,  
οὐκ ἀπηξίωσεν εἰς γάμον <sup>8)</sup> δούλων παραγενέθα,   
εἰ καὶ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν οὐκ

nionem. Simpliciter enim tanquam notum, vnumque e pluribus illum vocauerant.

Vers. 3. *Et — habent.* Quum carerent vino, hoc est, quum opus esset vino, siue quum iam vinum defecisset. (Nam habet Graeca litera *ψεγήσαντος οἴνου.*) Neque enim ad id usque temporis ullum fecerat miraculum. Quum ergo cognouisset inater quae circa ipsum erant, quodque Iohannes propter eum venerat, ac de illius diuinitate testimonium tulerat, et quod coelitus de eo testimonium acceperat, simul etiam videns, quod discipulos acceperat: intellexit quod reuelari ex eo tempore inciperet. Sumta igitur fiducia deprecata est eum pro deficientis vini miraculo: et his qui vocauerant gratiam volens rependere, et suam gloriam volens per filii potentiam demonstrare Ideoque eam corripit, non quasi vilipendens, sed corrigen<sup>s</sup> tanquam intempestius precan tem. Nam quod eam plurimum honoraret, et ex aliis multis manifestum est, et ex eo quod ipsius compleuit exhortationem: Corripuit itaque eam docens, nondum talia esse quaerenda, quanquam miracula verbo posset operari. Obediuit autem, eam tanquam matrem honorans.

Vers. 4. *Dicit — mulier?* Quid ad nos atinet id pro quo deprecaris? quid ita nos urget? Potest praeterea et alio modo intelligi. Quid mihi tecum commune est? ego siquidem ut pote Deus, noui quae tempora edendis miraculis sint congrua: tu vero illa ignoras quasi homo. Non dixit autem mater, sed mulier, tanquam Deus.

Vers. 4. *Nondum — mea.* Nondum adeat tempus meum ad edendum quod quaeris miraculum: tunc autem aderit, quum hi quibus opus est miraculo, cognoverint quod talia possim operari, et

εῖχον οἱ καλέσαντες. ὡς γὰρ ἀπλῶς γνωσίμον,  
καὶ τῶν πόλλων ἔνα, τοῦτον ἐκάλεσαν.

Vers. 3. Καὶ — ἔχεσιν. Τζεράσαντος,  
ἥτοι, ἐνδείσαντος, ἐλλείψαντος. οὐπώ μὲν οὖν  
ἔως τότε θαῦμα πεποίηκεν. ἐπεὶ δὲ μεμαθήκεν  
ἡ μῆτηρ τὰ κατ' αὐτὸν, ὅτι τε δι' αὐτὸν ἦλθεν  
ὁ ιωάννης, καὶ ὅτι μεμαρτύρηκε περὶ τῆς θεότη-  
τος αὐτοῦ, καὶ ὅτι καὶ φρανέθεν ἐμαρτυρήθη,  
ἄμφα δὲ καὶ ἐδεν, ὅτι μαθήτας προσελάβετο,  
συνῆκεν, ὅτι ἥρξατο λοιπὸν ἀποκαλύπτειν.  
διὸ καὶ θαρρήσασα παρεκάλεσεν αὐτὸν εἰς θαυ-  
ματουργίαν οὗνού ἐλλείποντος; Βελομένη καὶ τοῖς  
καλένταις καταθέναι χάρεν, καὶ ἔαυτὴν λαμ-  
προτέραν ἀποφῆναι διὰ τῆς τοῦ θίου δυνάμεως.  
διὸ καὶ ἐπιτιμᾷ αὐτῇ, οὐκ ἀτιμάζων, ἀλλα  
διορθώμενος, ὡς ἀκαίρως παρεκαλέσασαν. διτὶ<sup>1)</sup>  
γὰρ σφόδρα ταύτην ἐτίμα, δῆλον ἀπό τε πολλῶν  
ἀλλων, καὶ ἀπὸ τῆς πληρῶσαι τὴν τοιωτὴν αὐ-  
τῆς παράκλησιν ἐπετίμησε μὲν γὰρ αὐτῇ, πα-  
δεύων, μηκέτι τοιαῦτα ζητεῖν, ἀλλ' ἐαν τὰ θαύ-  
ματα κατὰ λόγου γίνεσθαι ἐπίκουστος δὲ αὐτῇσ-  
τιμῶν, ὡς μητέρα.

Vers. 4. Δέγει — γύναι; Τί ἄμπει ἀναγ-  
καῖον, περὶ οὗ παρεκάλεσε; τί τὸ κατεπείγον  
ἔτως ήμᾶς; ἔτι δὲ καὶ ἐτέρως νοῆσαι. τί κοινὸν  
ἔμοι καὶ σοι; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶδα τοὺς προσήκοντας  
καρέους τῶν θαυμάτων, ὡς θεός· σὺ δὲ ἀγγεῖς  
αὐτούς, ὡς ἀνθρωπος, οὐκ εἴπε δὲ μῆτερ, ἀλλα  
γύναι, ὡς θεός.

Vers. 4. Οὐπώ — μου. Οὐπώ πάρεσιν  
ἡ ὥρας μου, ἡ τῆς θαυμάτουργῆσαι, δηζητεῖς.  
τότε γὰρ πάρεσιν, ὅτε οἱ δεόμενοι τῆς θαυμάτος  
ἐπιγνῶσιν, ὅτι δύναμαι τοιαῦτα ποιεῖν,<sup>2)</sup> καὶ

E 4 αὐτοῖς

<sup>2)</sup> ποιῆσαι. A.

et ipsi me fuerint deprecati. Nunc autem matre adhortante non solum intempestivum esset, verum etiam suspectum, et querulosorum facillime patet calumniae.

Haec autem, Nondum venit hora mea: Non potuerunt eum apprehendere, quia nondum venerat hora eius: Nullus iniecit in eum manus, quia nondum venerat hora eius: Pater venit hora, aliaque similia, non ostendunt, quod necessariis temporum horarumque obseruationibus subiaceat: nam quo id pacto fieret, quum horum effector sit? sed haec de contingentibus opportunitatibus dicta sunt: demonstrantia, quod omnia ratione ac ordine fieri oporteat. Quum ergo dixisset, Nondum venit hora mea, miraculum tamen operatus est: et matrem ut dictum est honorans, et ostendens, quod temporibus non seruiat aut subiaceat, sed eis dominetur.

Vers. 5. *Dicit — facite.* Quum verbi scopum ac rationem intelligeret: quodque non impotentiae excusatio erat, sed ne videretur se miraculis ingerere, et spectaculo expōnere, matris autem exhortationem non despiceret: mensae ministros admonet ut sibi adsint, et ipsi quoque alio modo cum ea deprecentur.

Vers. 6. *Erant — ternas.* Hydriae vasae sunt aquae. Metretae vero mensurae. Erant autem positae secundum purificationem Iudeorum: id est paratae ad eorum purificationem, ut si qui forte immundi redderentur, non longe eundum esset ad fontes.

† Sancti

Malim, παρακλήσωσι.

αὐτοὶ με<sup>1)</sup> παρακαλέσθαι. νῦν δὲ ή τῆς μητρὸς  
παράκλησις, ὡς μόνου σύμμερος, ἀλλὰ καὶ ὑπο-  
πτος, καὶ τοῖς μεμψιμοῖς εὐεπιγέασος.

Τὸ δὲ, ὃ πώ ἦκει ἡ ὥρα μου,<sup>2)</sup> καὶ τὸ, οὐκ<sup>3) k)</sup> Io. 8, 20.  
ἡδύναυντο αὐτοὺς πιάσαι, ὅτι οὐπώ ἦκει ἡ ὥρα αὐ-  
τοῦ, καὶ τὸ, ὃ δεῖς<sup>1)</sup> ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς<sup>1)</sup> Io. 7, 30.  
χεῖρας, ὅτι οὐπώ ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ, καὶ τὸ,  
πάτερ, ἐλήλυθεν<sup>m)</sup> ἡ ὥρα, καὶ τὰ τοιαῦτα, m) Io. 17, 1.  
ἢ δηλῶσιν, ὅτι καιρῶν σύναγκας καὶ ὥρῶν παρα-  
τηρήσεις υπέκειτο. πῶς γάρ; οἱ τούτων ποιητής;  
ἀλλὰ ταῦτα, περὶ τῶν προσηκόντων καιρῶν εἰρη-  
ται, ἐμφαίνοντας, ὅτι πάντα ἔδει κατὰ λόγον  
καὶ τάξιν γίνεσθαι. εἰπὼν οὖν, ὅτι ὃ πώ ἦκει ἡ  
ὥρα<sup>3)</sup> μου, ἐποίησε τὸ θαῦμα, τιμῶν τε, τῶς  
εἴηται τὴν μητέρα, καὶ δεικνύων, ὅτι ὃ δελένεις  
καιροῖς, ἀλλὰ κυρίευε τούτων.

Verl. 5. Λέγει — ποιήσατε. Συνεῖσα  
τὸν τοῦ λόγου σκοπὸν;<sup>4)</sup> καὶ ὅτι οὐκ ἀδυναμίας  
ἡ παράτησις ἐσιν, ἀλλ' ἵνα μὴ δοκῇ τοῖς θαύ-  
μασιν ἐπιπηδᾶν, καὶ θεατρίζειν ἐαυτὸν, καὶ ὅτι  
οὐ παρόψεται τὴν ταύτης παράκλησιν, τοὺς δια-  
κόνους τῆς τραπέζης εὐτρεπεῖς αὐτῷ παριστά-  
τρόπον ἔτερον καὶ αὐτοὺς συμπαρακαλοῦντας.

Verl. 6. Ἡσαν. — τρεῖς. Τρεῖς μὲν,  
τὰ σκέυη τοῦ ὕδατος μετρηταὶ δὲ, τὰ μέτρα.  
ἔκειντο δὲ πρὸς τὸν καθαρισμὸν τῶν ιδαῖων, υπη-  
ρετούσαμι τούτοις εἰς τὸν καθαρισμὸν, ἵνα εἰ ποτε  
ἄκαθαρτοι γένοιντο, μὴ πόρρω βαδίζοιεν εἰς πη-  
γὰς καὶ κερῆνας.

E 5

[(Τὸν

<sup>1)</sup> Hi tres loci repetiti sunt ex Chrysost. Tom. VIII,  
p. 126. A. Ergo varietas non urgenda.

<sup>2)</sup> με, abest. A.

<sup>3)</sup> καὶ, omittit. A.

† † Sancti Maximi. Sex hydrias intellige mihi, sex modos illos eleemosynae, alere esurientes, potum dare sitiensibus, domum ducere hospites, vestire nudos, visere aegrotos, venire ad eos, qui sunt in carceribus. Has hydrias ergo, vacuas suis operibus, quod refixerat amor, a quo, tanquam a fonte impletantur, sermo diuinus praeceptorum euangelicorum in aduentu suo primo repleuit aqua, id est, beneficentia corporaliter operante, sed mutauit eam in eam quae fit spiritualiter, tanquam in vinum, calefacientem quidem animum, suauiter autem afficientem intellectum, atque ita curatos ex priori transferente habitu et conditione. Quaelibet vero hydria, capit duas aut tres metretas. Duas quidem, propter duplum, ut dictum est, singulorum modorum beneficentiam, quae non corporaliter tantum, sed et spiritualiter accipitur. Tres vero, quia interdum secundum sanctae Trinitatis Theologiam beneficentia exhibetur. Hauriunt autem dictam aquam bonae cogitationes, quae rationi seruiunt. Quod vinum ut gustauit Architriclinus, id est, discernens cogitatio, dicit, oportebat bonum hoc vinum primo bibi. Corporaliter enim curae anteferenda spiritualis. Spqnsus vero hic, intellectus humanus, qui ut sponsam sibi iungit virtutem, quacum viuat, quorum coniugium cum

5) Inclusa Codex uterque habet in margine. Codex A. omittit etiam indicem, τοῦ ἀγίου Μαξίμου. Hentenius his caret.

6) Dubiae sunt in his aenigmatibus conjecturae. Possit tamen aliquis coniicere, tollendas esse voces, τῶν εὐαγγελιῶν ἐντολῶν, ut ita, sicut in fine scholii, de Christo accipiatur. Sed in scholio proximo, in fine rursus est similiter, τοῦ Θεού λάχευ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος.

[Τοῦ ἀγίου<sup>5</sup>: Μαζίμου.] Ἐξ ὑδρίας νόει  
 μοι, τοὺς ἐξ τρόπους τῆς ἐλεημοσύνης, τὸν τὴν  
 τρέφειν τὰς πενῶντας, τὸν τὴν ποτίζειν τὰς δι-  
 ψῶντας, τὸν τὴν συνάγειν τὰς ζένους, τὸν τὴν  
 περιβάλλειν τὰς γυμνὰς, τὸν τὴν ἐπισκέπτεσθαι  
 τὰς ἀδενῶντας, τὸν τὴν ἔρχεσθαι πρὸς τὰς ἐν  
 Φυλακῇ. ταύτας οὖν τὰς ὑδρίας, κενὰς θέσας τῶν  
 οἰκείων ἐνεργειῶν, διὰ τὸ ψυγῆναι τὴν ἀγάπην,  
 ἀφ' ἧς, ὡς ἀπὸ πηγῆς, ἐπλήρωντο, παραγενό-  
 μενος ὁ Θεῖος λόγος<sup>6</sup>). τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν,  
 πρῶτον μὲν ἐπλήρωσεν ὑδάτος, λέγω δὴ, τῆς<sup>7</sup>)  
 σωματικῆς ἐνεργουμένης εὐποιίας, εἴτα μετέβα-  
 λε ταύτην εἰς τὴν πνευματικῶς ἐπιτελουμένην,  
 ὡς εἰς οἶνον, θερμαίνουσαν μὲν τὴν ψυχὴν, εὐ-  
 φραίνουσαν δὲ τὸν υἷν, ἐξιτῶσαν δὲ τὰς οὔτω  
 θεραπευομένους τῆς προτέρας διαθέσεως. ἐκάτη  
 δὲ ὑδρία, χωρητική ἐπι δύο ή τριῶν μετρητῶν.  
 δύο μὲν, διὰ τὸ διπλᾶν, ὡς εἴρηται, τῆς καθ'  
 ἔκαστον τρόπου εὐποιίας, 8 μόνον<sup>8</sup>) σωματικῆς,  
 ἀλλὰ καὶ πνευματικῆς λαμβανομένης τριῶν δὲ,  
 διὰ τὸ κατὰ τὴν τῆς ἀγίας τριάδος θεολογίαν  
 ἔτι ὅτε τὴν εὐέργεσίαν ἐπιτελεῖθαι. ἀντλήσει  
 δὲ τὸ δηλωθὲν ὑδώρ οἱ ἀγαθοὶ λογισμοὶ, τῷ λό-  
 γῳ διακονεῖτε. τότου δὲ τὴν οἶνον γευσάμενος δ  
 ἀρχιτεκτικός, ἥγουν, ὁ διακριτικὸς λογισμός,  
 Φητί, ὅτι ἔδει τὸν καλὸν τότου οἶνον πρῶτον πο-  
 θῆναι. τῆς γὰρ σωματικῆς ἐπιμελείας προτιμο-  
 τέρα<sup>9</sup>) ψυχῆς. νυμφίος δὲ ἐνταῦθα, ὁ ἀνθεώ-  
 πινος υἷς, ὡς νύμφην ἀρμοζόμενος ἔσυντῷ τῇ  
 ἀρετῇ πρὸς συμβίωσιν, ὃν τὴν συζυγίαν τιμῶν  
 ὁ Θεὸς.

7) Malim; σωματικῶς.

8) Etiam hic praferendum videtur σωματικᾶς εἰς πνευματικῶς.

9) Forte, ἡ ψυχική.

eum in honore habeat deus et logos, venit et arctius copulat eorum coniunctionem.

† † Licet vero aliter etiam tractare allegoriam de sex hydriis. Sint fortasse enim istae hydriae, effectrix officiorum facultas naturae humanae, quam vacuam et inefficacem iacentem, impleuit diuinum verbum, primo quidem cognitione curae corporalis, deinde spiritualis: aut primo cognitione facti, deinde theoriae: aut etiam primo cognitione ea, quae est secundum naturam, deinde ea, quae est supra naturam. Duarum metritarum autem altera quidem, scientia sensibili-<sup>m</sup>, altera vero intelligibilium et tertia, illuminatio de incomprehensibili natura diuina. Numerum senarium autem accepimus de effectrici officiorum facultate naturae, vel, quia sex diebus deus fecit mundum: mundus vero etiam homo: vel, quia quinque mentis facultatibus mentem ipsam quoque adnumeramus, ut quinque sensibus corporis ipsum etiam corpus. Quenadmodum vero pura et vera virgo Maria mater extitit dei logista etiam pura et vera fides mater fit diuini verbi, praedicationis euangelicae.

Vers. 7. *Dicit — summum.* Mensae ministros, facit etiam ministros miraculi, ut ipsi testes rei essent. Non iussit autem, ut vasa vinaria implerentur, sed aqualia siue hydriae, ne qui suspicarentur, quod relicitis fecibus mixtio aquae facta esset.

Quare autem non ipsem et solo verbo etiam hydrias impleuit, sed ministris hoc imperauit? Ne phantasma esse videretur: sed si quis miraculum

<sup>1)</sup> Idem, quod συσθήγων.

ὁ Θεὸς καὶ λόγος, παραγίνεται διασφίγγων<sup>2)</sup>  
αὐτῶν τὴν ἐνωσιν.]

[Ἐσι<sup>2)</sup> δὲ καὶ ἑτέρως ἐπιβαλεῖν τῇ Θεωρίᾳ  
τῶν ἔξ υἱοῖων. ἔτιν γάρ σὺ αὐταῖς, ή ποιητική  
τῶν καθηκόντων δύναμις τῆς ἀνθρωπίνης Φύσεως,  
ἥν, κενὴν καὶ ἀγενέργυητον κειμένην, ἐπλήρωσεν  
ὁ Θεῖος λόγος, πρῶτον μὲν τῆς κατὰ σώματικήν  
ἐπιμέλειαν γνώσεως, ἔτια τῆς κατὰ ψυχικήν  
ἢ πρῶτον μὲν τῆς κατὰ πρᾶξιν, ἔτια τῆς κατὰ  
Θεωρίαν ἢ καὶ πρῶτον μὲν τῆς κατὰ Φύσιν, ἔτια  
τῆς ὑπὲρ Φύσιν· τῶν δὲ δύο μετρητῶν, εἰς μὲν,  
ἢ τῶν αἰδητῶν γνῶσις, ἑτερος δὲ, ἢ τῶν γοητῶν,  
καὶ τρίτος, ἢ περὶ τῆς ἀκαταλήπτου Θεότητος  
ἔλλαφιψις. εἰς δὲ τὸν ἔξ ἀριθμὸν ἐλαύθομεν τῇ  
ποιητικήν τῶν καθηκόντων δύναμιν τῆς Φύσεως,  
ἢ ὅτι ἐν ἔξ ήμέραις ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον  
κόσμος δὲ καὶ ὁ ἀνθρωπός. ἢ ὅτι ταῖς πέντε ψυ-  
χικαῖς δυνάμεσι συναριθμήμεν καὶ αὐτὴν τὴν  
ψυχὴν, ὡς ταῖς πέντε τῷ σώματος αἰδήσεσι  
καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα. ὡσπερ δὲ ἡ καθαρὰ καὶ ἀλη-  
θῆς παρθένος μαρία, μήτηρ ἐγένετο τῷ Θεῷ λό-  
γου· ὅτως ἡ καθαρὰ καὶ ἀληθῆς πίσις, μήτηρ  
γίνεται τῷ Θείου λόγου, τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγ-  
ματος.]

Vers. 7. Λέγει — ἄνω. Τοὺς διακόνους  
τῆς τραπέζης, ποιεῖται διακόνους τῷ θαύματος,  
ἴνα αὐτοὶ μάρτυρες ὡσι τῷ πράγματος. ὁ προσ-  
έτοξε δὲ γεισαὶ τὰ ἀγγεῖα τῷ σίνου, ἀλλὰ τὰ  
δοχεῖα τῷ ὕδατος, ίνα μή τινες ὑποπτεύσωσιν,  
ὅτι τρυγὸς ἐναποκειμένης, κράσις τῷ ὕδατος γέγονε.

Καὶ διατί ὅπκ αὐτὸς λόγω μάγῳ τὰς υἱοῖας  
ἐπλήρωσεν, ἀλλὰ τοῖς διακόνοις ἐπέταξεν; ίνα  
μή δόξῃ φαντάζειν, ἀλλ’ ίνα οἱ ἀντλήσαντες τὸ  
ὕδωρ,

<sup>2)</sup> Etiam haec in r̄iusque Codicis margine reperiuntur.

Ium calumniaretur, vt qui aquam hauserant, silentium illis imponerent.

Vers. 8. *Et ait — v. 10. modo.* Architriclinum dicit conuiuii praefectum, qui conuiuum procurat. Triclinia enim vocabantur aulae conuiuiorum. Non ergo simpliciter aquam convertit in vinum, sed in bonum vinum, sicut architriclinus ipse testatus est. Nam huiusmodi admiranda Christi opera longe erant naturalibus praestantiora. Quod igitur aqua versa sit in vinum, ministri testes fuerunt: quod autem in bonum etiam vinum, architriclinus ac sponsus: vt deinceps miraculum latere non posset, quod testimoniiis adeo manifestis probaretur.

Verisimile est autem et sponsum dixisse, Quidnam est hoc? veruntamen id praetermisit euangelista vtpote non necessarium.

Vtinam autem et ego qui frigidus sum, laxus et effusus, nihil in hoc ab aqua differens, in calorem conuerterer spiritualem, virtutis constrictiōnem, ac morum firmitatem, vt et alios laetificare possem.

Vers. 11. *Hoc — Galilaeæ.* Non solum scripto prodidit miraculum, sed etiam docuit principium hoc fuisse signorum. Nam quia id scitu dignum erat, et ab aliis praeteritum, scripsit illud; vtpote ad hoc vtile, ne fides adhibeat his quae dicuntur pueri Christi miracula: hoc enim fuit initium signorum: illa vero sunt opus viri qui a veritate aberrauit. Nam si puer mirabilia operatus fuisset, id statim omnibus innotuisset, neque Israë-

<sup>3)</sup> Aliter de his videtur sensisse Origenes, contra quem, vt arbitror, disputat Chrysost. Tom. VIII.

ῦδωρ, ἐπιτομίζοεν τὸς τὸ θαῦμα συκόφαντοῦτας.

Vers. 8. Καὶ λέγει — v. 10. ἀρτι. Ἀρχιτρίκλινον ὄνομά βέσαι, τὸν συμποσιαρχον, τὸν ἐπιμελητὴν τῆς σύμποσιου. τρίκλινοι γὰρ ἐκαλλγύτο, οἱ οἰκοι τῶν συμποσίων. οὐχ ἀπλᾶς δὲ οἶνον ἐποιησε τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ καλὸν οἶνον, ὡς ὁ ἀρχιτρίκλινος ἐμαρτύρησε. τοιαῦτα γὰρ τῆς χριστοῦ τὰ θαῦματα, πολλῷ τῶν Φυσικῶν ὀραιοτέρα. τῆς μὲν οὖν τὸ ὕδωρ οἶνον γενέθαι, τῆς διακόνους εἶχε μάρτυρας· τῆς δὲ καὶ καλὸν οἶνον, τὸν ἀρχιτρίκλινον καὶ τὸν νυμφίον. καὶ λοιπὸν οὐκ ἔμελλε τὸ θαῦμα λαθεῖν, οὗτοις αἰναγκαῖας ἔχον τὰς μαρτυρίας.

Eἰκὸς δὲ, καὶ τὸν νυμφίον εἰπεῖν τι πρὸς ταῦτα· πλὴν παρῆκε τέτο τὸ μέρος ὁ εὐαγγελιστής, ὡς οὐκ αἰναγκαῖον.

Γένοιτο δὲ καὶ μὲ, τὸν ψυχρὸν καὶ χαῦνον καὶ διαβρέοντα, καὶ κατὰ τέτο μηδὲν ὕδατος διαφέροντα, μεταβληθῆναι πρὸς θέρμην πνευματικὴν καὶ σύψιν ἐνάρετον καὶ πῆξιν ἥδω, ὡς καὶ ἐτέρους εὑφρεάτεν δύραθαι.

Vers. 11. Ταύτην — γαλιλαῖας. Οἱ μόνον αἰνέγραψε τὸ θαῦμα, ἀλλὰ καὶ ἐδίδαξεν ὅτι τέτο ἦν ἀρχὴ τῶν σημείων. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἀχρηστὸν ἦν, εἰδέναι καὶ τέτο, λοιπὸν, ὡς πάροισι πηθὲν τοῖς ἄλλοις, ισόρησεν αὐτὸν, χρησιμεύον εἰς τὸ μὴ πιτένειν τοῖς λεγομένοις<sup>3)</sup> παιδικοῖς θαύμασι τῆς χριτῆς. τέτο γὰρ ἀρχὴ τῶν σημείων ἐκεῖνα δὲ, πλάσμα ἐξὶν αὐδρὸς λυμανομένου τῇ ἀληθείᾳ. εἰ γὰρ πᾶς ὁν ἐθαυματούργεις, πᾶσιν ἀν ἐγένετο γνώριμος αὐτίκα· παράδοξος

τερος

p. 121. D. seqq. Origenis ad hunc locum commentarius intercidit.

Israëlitis fuisset opus Iohanne, ut eum manifestaret. Siquidem Iohannes ipse dixit, Ut manifestaretur Israëli, propter hoc veni ego in aqua baptizans. Merito ergo expectauit decentem viros aetatem, ne phantasmata esse putarent ea quae fierent. Nam si plurimi id suspicabantur quum in legitima ac perfecta aetate mirabilia operaretur, multo magis in imperfecta, et priusquam tempus conueniens aduenisset, quum inuidia tabescerent, in Salvatorem insurrexissent; et ita non solum increduli fuissent dispensationi incarnationis, sed etiam euangelium impeditissent.

Quaere etiam tertio iuxta Matthæum capite, quam ob causam post trigesimalnum annum venerit Christus ad baptismam, ubi dicitur, In diebus illis venit Iohannes Baptista praedicans in deserto Iudeæ, et causas inuenies aptissimas ac rationi maxime consonas.

Vers. II. *Et — suam.* Potentiam et virtutem suam, magnitudinem diuinitatis suae.

Verum quomodo aut quo pacto hoc fuit, quum pauci ad id, quod factum erat, aduertissent, soli videlicet ministri et architriclinus ac sponsus cum discipulis eius? Quod in se erat, manifestauit eam per huiusmodi miraculum: quanquam enim pauci tunc aduertebant: postea tamen diuulgatum est miraculum, multosque attraxit. Quod autem die illo nullus aliorum crediderit, ex sequentibus manifestum est, Nam subiunxit:

Vers. II. *Et — eius.* Qui etiam antea ipsum admirabantur. Vides quod tunc oporteat fieri

<sup>4)</sup> ιαχ, abest. A.

<sup>5)</sup> τίνα τρόπου. A. Intellige, εΦανέρωσεν αὐτήν;

<sup>6)</sup> Aut ex superioribus repetendū προσέτχον, aut aliud verbum supplendum, veluti εγίγνωσκον,

τερα γὰρ τὰ παρὰ μειράκιου θαυματουργόμενα· καὶ οὐκ ἀν ἐδεήθησαν οἱ ισραηλῖται τοῦ ἰωάννου Φανερώσαντος αὐτὸν. εἴρηκε γὰρ αὐτὸς ὁ ἰωάννης, ὅτι Ἰησοῦς<sup>2)</sup> Φανερωθῆ τῷ ισραὴλ, διὰ τοῦτο<sup>3)</sup> Io. 1, 31. ἥλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτίζων. εἰκότας οὖν αὐγέμενε τὴν αὐγῆράσι πρέπουσαν ἡλικίαν, ἵνα μὴ νομίσωσι Φαντασίαν εἶναι τὰ γινόμενα. εἰ γὰρ ἐν τελείᾳ ἡλικίᾳ θαυματουργούντος, πολλοὶ τοῦτο ὑπώπτευον, πολλῶν μᾶλλον ἐν ἀτελεῖ. καὶ θάττου δὲ, καὶ<sup>4)</sup> πρὸ τοῦ προσήκοντος καιροῦ, ὥρμησαν ἀν ἐπὶ τὸν σαυρὸν, τῇ βασκανίᾳ τηκόμενος, καὶ λοιπὸν ἔμελλεν οὐ μόνον ἀπιστηθῆναι ἡ οἰκονομία τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἀλλὰ καὶ ἐμποδιῶνται τὸ εὐαγγέλιον.

Ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ φαλάίῳ τῷ κατὰ ματθαῖον, διατί μετὰ τριακοσὸν ἔτος ὁ χριστὸς ἥλθεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ἐνθα καταγέται τὸ, ἐν<sup>5)</sup> o) Matth. 3, 1. δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται ἰωάννης ὁ βαπτιστής, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ιδαίας, καὶ εὑρήσεις αἵτιας εὐλογωτάτας.

Vers. II. Καὶ — αὐτοῦ. Τὴν δύναμιν αὐτῷ; τὸ μεγαλεῖον τῆς θεότητος αὐτῷ.

Πῶς, καὶ τίνι<sup>5)</sup> τρόπῳ; ὀλίγοι γὰρ προσέσχον τῷ γεγενημένῳ. μόνοι γὰρ οἱ ὑπηρέται καὶ ὁ αρχιτεκτίκλινος καὶ ὁ νυμφίος καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτῷ.<sup>6)</sup> τό γε εἰς αὐτὸν ἦκον, ἐφανέρωσεν αὐτὴν, διὰ τὸ τοιότου θαύματος. εἰ γὰρ καὶ μὴ τότε πολλοὶ προσέσχον, ἀλλ’ ὕπερον διεδόθη τὸ θαῦμα, καὶ πολλὰς ἐλλιπεῖσεν. ὅτι δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὅδεις τῶν ἀλλων ἐπίτευσε, δῆλοι ἀπὸ τῶν ἀξιῶν. ἐπήγαγε γάρ.

Vers. III. Καὶ — αὐτοῦ. Οἱ καὶ πρὸ τούτου θαυμάζοντες αὐτὸν. ὄρας, ὅτε τότε χρὴ  
Τομή III. F γίνε-

fieri signa, quum futurum est, ut spectatores benevoli sint et animum aduertant.

Vers. 12. *Posthaec — diebus.* Descendit Capernaum, ut quiescere ficeret ibi matrem. Fratres sui autem, lege, non natura, filii videlicet Ioseph qui lege et non natura pater illius erat.

## Cap. II. De eiectis e templo.

Vers. 13. *Et prope — v. 15. subuertit.* Similia quoque scripsit Matthaeus in fine quadragesimi quinti capituli: et illorum lege enarrationem, plurimum ad haec conserentein.

*Κερματισμοί* autem proprie dicuntur permutores, quos Matthaeus κόλλυβος nominauit, hoc est nummularios. Et sicut κόλλυβος obolus est, qui pro permutatione monetae datur, id est (ut vulgo dicitur) cambiium: sic et κέρμα congeries est obolorum, aut minutorum nummorum quibus fit permutatio. Praeterea Φραγγέλλιον genus est flagelli: erat autem contextum: nam et eorum qui eiecli sunt, conuersatio contexta erat absurdis verbis ac operibus: et rursus eiicientis conuersatio contexta erat ex supernaturalibus verbis ac operibus, siue rebus diuinis et humanis. Opus itaque operatus est multa plenum autoritate. Nam quia sabbatho curaturus erat, multaque similia facturus, quae Iudeis legis transgressio videbantur: ne haec tanquam Deo contrarius facere videretur, hinc primum huiusmodi aufert suspicionem. Qui enim tantum zeluum erga domum dei demonstravit, tantaque vehementia ac indignatione propter hanc usus est, ut nulli omnino parceret,

7) τὰ παραπλήσια. A. ut alibi.

8) Φραγγέλλιον. A.

γίνεθαι τὰ σημεῖα, ὅταν οἱ ὄβωντες εὐγνωμονεῖν  
καὶ προσέχειν μέλλοιεν.

Vers. 12. Μετὰ τοῦτο — ἡμέρας. Κατ-  
έβη εἰς καπερναούμ, ἵνα διαναπάυσῃ τὴν μητέ-  
ρα. ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ, νόμω, καὶ οὐ φύσει, οἱ  
ὗιοι ἰωσῆφ, τῷ νόμῳ, καὶ ὁ φύσει πατρὸς αὐτῷ.

## ΚεΦ. Β. Περὶ τῶν ἐκβληθέντων ἐκ τοῦ ἱεροῦ.

Vers. 13. Καὶ ἐγγὺς — v. 15. αὐτέρευτο.  
Παραπλήσια<sup>7)</sup> καὶ ὁ ματθαῖος ἴσορησεν ἐν τῷ  
τέλει τῷ τεσσαρακοστῷ πέμπτου κεφαλαίου αὐτῷ,  
καὶ ἀνάγνωσε τὴν ἐκείνων ἐξήγησιν, μεγάλα καὶ  
πρὸς ταῦτα συμβαλλομένην.

Κερματισμὸν δὲ, οἱ καταλλάκται, οὗτοι ὁ ματ-  
θαῖος<sup>8)</sup> κολλύβιστας ὀνόμασεν. ὕσπερ δὲ κόλλυ-<sup>9)</sup> Mact. 21, 12.  
βος, ὁ ὄβολος, οὗτοι καὶ κέρμα, ἢ σωρεῖα τῶν  
τε ὄβολῶν καὶ τῶν καταλλασσομένων λεπτῶν.  
Φραγγέλλιον<sup>8)</sup> δέ ἐστι, εἴδος μάστιγος. πλεκτὸν δὲ  
ἡν., ὅτι καὶ ἡ πολιτεία τῶν ἀπελαυνομένων πε-  
πλευμένη ἡν. ἐξ ἀτόπων λόγων καὶ πράξεων, καὶ  
ἡ πολιτεία τῷ ἀπελαύνοντος πεπλευμένη πάλιν,  
ἐξ ὑπερφυῶν λόγων καὶ πράξεων, καὶ ἐκ θείων  
καὶ αὐθωπίνων. πρᾶγμα δὲ ἐποίησε πολλῆς αὐ-  
θεντίας γέμον. ἐπειδὴ γάρ ἔμελλεν ἐν σαββάτῳ  
θεραπέυειν, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ποιεῖν, ἀπέρ  
ἔδοκε τοῖς ιουδαίοις νόμων παραβασίς, ἵναι μὴ δο-  
κῆ ταῦτα πράττειν, ὡς αὐτίθεος, ἐντεῦθεν  
προαναγρεῖ τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν. ὁ γάρ τοσοῦ-  
τον Σῆλον ἐπιδειξάμενος ὑπὲρ τῷ οἴκου τῷ Θεῷ,  
καὶ τοσάντη σφραγίστη καὶ ἀγανακτήσει διὰ  
τούτον<sup>9)</sup> χρησάμενος, καὶ μηδενὸς ὀλως φεισά-

ceret, sed se ipsum in periculum coniceret, et tum caupones illos, tum Iudeos id ipsis permitentes in se exacuit, omnia sustinere paratus pro honore templi, nequaquam posset templi domino esse contrarius.

Vers. 16. *Et — negotiationis.* †† Domum negotiationis faciunt domum dei, et columbas in ea vendunt etiam ii, qui sacerdotia et munera ecclesiastica venalia exponunt (ac quousque pretio, immo vero interdum etiam addita re nullius pretii, veluti ancilla aut scorto, extrudunt.) Columbae enim similitudinem habet gratia spiritus sancti, qui forma columbae apparuit. Idem sunt etiam caupones rerum diuinorum, cauponantes ea, quae dei sunt, turpis lucri causa. Ista autem, Auferte ista hinc, translationem et amissionem legalis cultus significant.

Non factis solum, sed et verbis ostendit Deo se esse non contrarium. Sed ipse quidem Deum natura patrem suum vocavit: Iudei autem adoptione patrem ipsum nominasse putantes non sunt hoc verbo turbati. Sed neque his quae fecit exasperati sunt: siquidem arguebat illos conscientia ac confundebat, ostendens quod iuste haec fecisset et dixisset. Domum autem negotiationis, hoc est cauponam aut tabernaculum.

Praedicto vero Matthaei capite dixit, Speluncam latronum. Ex quo adnotare possumus, quod zelum ac libertatem arguendi bis demonstrauerit aduersus eos qui in templo cauponabantur, et in principio euangelii et circa finem. Quae ergo in prin-

<sup>1)</sup> Intelligit principes Iudeorum, qui id in templo fieri permiserant.

<sup>2)</sup> Haec uterque in margine habet. Apud Hentenium non reperiuntur.

μένος, ἀλλὰ καὶ εἰς κίνδυνον ἔκυτὸν καταβῆσας,  
καὶ τὸς τε καπήλους ἐκείνους, τὸς τε παραχω-  
ροῦντας<sup>1)</sup> αὐτοῖς ιουδαίους καὶ ἔκυτον παροξύ-  
νας, καὶ πάντα παθεῖν ἐτόμος ὁν, ὑπὲρ τῆς εὐ-  
κοσμίας τὴν ιερὴν, ἐκ ἀν ἐναντίος εἴη τῷ δεσπότῃ  
τὴν ιερὴν.

Vers. 16. Καὶ — ἐμπορίου. [Οἶκον<sup>2)</sup>]  
ἐμπορίου ποιοῦσι τὸν οἶκον τὴν θεῖ, καὶ τὰς περι-  
ζερὰς ἐν αὐτῷ πωλοῦσιν, καὶ οἱ τὰς χειροτονίας<sup>3)</sup>  
πιπράσκοντες. περιτερᾶς γὰρ τύπος, η̄ χάρις  
τοῦ ἀγίου πνεύματος, τὴν ἐίδει περιτερᾶς ὁ φθέν-  
τος.<sup>4)</sup> οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ<sup>5)</sup> Θεοκάπηλοι, τὰ τὴν θεῖ  
καπηλέυοντες διὰ αἰσχροκέρδειαν. τὸ δὲ, ἀρατε-  
ταῦτα ἐντεῦθεν, τὴν μετάναστιν καὶ αποβολὴν  
τῆς νομικῆς λατρείας ἥντιζατο.]

Οὐ μόνον, ἀφ' ὧν ἐπραξεῖν, ἀλλὰ καὶ, ἀφ'  
ῶν ἐπει, δείκυντιν, ὅτι οὐκ ἔτιν αντίθεος. ἀλλ'  
αὐτὸς μὲν, φύσει πατέρως τὸν θεὸν ἐκάλεσεν οἱ  
δὲ ιουδαῖοι, θέτει πατέρως τοῦτον ὄνομάσαι οἰηθέντες,  
οὐκ ἐταράχθησαν ἐπὶ τῷ τοιέτῳ δήμασι,  
ἀλλ' οὐδ', ἐφ' οἷς ἐποίησεν, ηγειώθησαν. ηλεγχεί-  
γαρ αὐτὸς τὸ συνεδός καὶ κατήσχυνεν, ὡς εὐλόγως  
ἐκείνου καὶ ποιῶντος καὶ λέγοντος. οἶκον δὲ  
ἐμπορίου, αὐτὶ τὴν, οἶκον καπηλείου,

Ἐν δὲ τῷ προβηθέντι κεφαλαίῳ τὴν μετ-  
θαίου, σπήλαιον<sup>6)</sup> λητῶν ἐπειν, ἐν ᾧ καὶ παρεση-  
μετωπάμεθα, ὅτι τὸν ζῆλον τοῦτον καὶ τὴν παρ-  
θησίαν διὸς ἐπεδείξατο κατὰ τῶν ἐν τῷ ιερῷ καπη-  
λευόντων, ἐν ἀρχῇ τε τοῦ βούαγγελίου, καὶ πρὸς

F 3

τῷ

<sup>3)</sup> Pungit episcopos, qui sacerdotia habebant vene-  
lia. Pertinet ergo hoc ad antiquitates ecclesi-  
sticas.

<sup>4)</sup> πεμφθέντος. A.

<sup>5)</sup> Habet hoc Gregorius Nazianz. p. 106, et p. 232,

principio euangelii contigerunt, Iohannes hoc loco conscripsit: quae vero circa finem, Matthaeus.

Vers. 17. *Recordati — me.* Nam id scriptum est in libro Psalmorum. Zelum autem dicit nunc iustum indignationem. Comedit, hoc est valde amplectitur et inflammat me.

Scire autem oportet, quod homines facti flagello non verberauit, sed ipsos quidem exteruit ac expulit: oues vero ac boues verberauit et eiecit.

Vers. 18. *Responderunt — facias?* Scientes sese condemnatos, ipsum quidem reprehendere ausi non sunt, sed dixerunt ei: Quum haec facias, siue quum dominium tibi vindices, quod signum ostendis nobis tuae autoritatis?

O ingentem dementiam! quum benevolent esse oporteat, ipsumque laudare, qui domum Dei tanta purgaret ignominia, autoritatis signum quaerunt, inuidia tabescentes, et signum carpere volentes. Nam alibi quoque dixerunt, In qua potestate haec facis?

Vers. 19. *Respondit — ipsum.* Potentiae suae autoritatis signum dat eis, puta tertii diei resurrectionem. Nam templum dicit corpus suum: ipsum enim domus est et templum non animae solum, verum etiam divinitatis.

Solute autem dixit, non adhortans eos ad sui interfectionem, sed quia cognouit quod facturi erant, figuratio sermone praedixit. Solute ergo, siue

<sup>6)</sup> Corrige περιλαβεῖ. Eodem enim vtitur Euthymius ad Matth. 26, 13, 32. Nescio, cur Hentius praesentia pro futuris dederit.

τῷ τέλει. καὶ τὰ μὲν ἐν ἀρχῇ νῦν ὁ ιωάννης ἀνέγερσε τὸ δὲ πρὸς τῷ τέλει, μάτθαιος.

Vers. 17. Ἐμνήθησαν — με. Γέγραπται<sup>1)</sup> γὰρ ἐν τῇ Βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν. ζῆλον δὲ<sup>2)</sup> τοῦ 68, 10. λέγει νῦν, τὴν δικαιίαν ἀγανάκτησι· κατὰ φόρουται δὲ, ἀντὶ τοῦ, σφόδρα<sup>3)</sup> περιλάβη, κατὰ φλέξει.

Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι ποίησε τὸ φραγέλλιον,<sup>4)</sup> & τὰς αὐθέρπους ἔτυψεν, ἀλλὰ τότους μὲν ἐφόβησε, καὶ ἀπήλασε τὰ δὲ πρόβατα καὶ τὰς βόας ἔτυψε καὶ ἐξέβαλεν.

Vers. 18. Ἀπεκρίθησαν — ποιεῖς;. Κατεγγωσμένους ἐκατόντας εἰδότες, ἐπιτιμῆσαι μὲν γὰρ ἐτόλμησαν, εἴπον δὲ αὐτῷ, ἐπειδὴ ταῦτα ποιεῖς, οὐγουν, ἐπειδὴ αὐθεντεῖς, τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν τῆς αὐθεντίας;<sup>5)</sup>

“Ω πολλῆς αὔροις! δέον γάρ εὐγνωμονῆσαι, καὶ ἐπαινέσαι αὐτὸν, ὡς απαλλάξαντα τὸν οἶκον τῷ θεῷ τοταύτης αὐτοχύνης· οἱ δὲ σημεῖον ἐπιζητῶσι τῆς ἐξουσίας, φθόνω τηκόμενοι, καὶ μελετῶντες ἐπισκῆψαι τῷ γενησομένῳ σημείῳ. καὶ γὰρ καὶ ἄλλοτε ἐλεγον, ἐν<sup>6)</sup> ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς;

Vers. 19. Ἀπεκρίθη — αὐτόν. Σημεῖον τῆς αὐθεντίας<sup>7)</sup> δίδωσιν αὐτοῖς, τὴν τριτάραν αὖτασιν αὐτῷ. ναὸν γὰρ, τὸ ἐκατόν σῶμα λέγει. ναὸς γὰρ καὶ οἶκος τῷτο ἐσιν, & μόνον τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς θεότητος.

Ἄυτατε δὲ εἶπεν, & προτρέπων αὐτοὺς εἰς τὸν καθ' ἐκατόν Φόνον, ἀλλ' ὅπερ ἐγίνωσκεν, ὅτι δράσουσιν, εἴπεν ηθικῶς ἐν τοιστῷ σχήματι λόγῳ.

7) Φραγγέλιον. A.

8) αὐθεντείας. A.

9) αὐθεντέιας. A.

siue in terram subuertite, ab anima separate, et coniunctionem, quae cum illa est, dissolute.

Vers. 20. *Dixerunt — v. 21. sibi.* Prior quidem structura viginti annis a Solomone absolta est, altera vero per quadraginta et sex a Zorobabel. Priori namque a Babylonii destructa, coepta est posterior circa annum primum regis Cyri: deinde inuidia et calumnia circummorantium Samaritanorum impedita, ita quadraginta annis permanxit. Circa secundum vero annum Darii Hyrcaspis missus Zorobabel in sex annis ipsam perfecit: et ita annis quadraginta et sex aedificatum est templum, qui numerantur ab initio aedificationis usque ad consummationem.

Vers. 22. *Quando — eius.* Quum autem hoc diceret, haesitabant, quidnam diceret, nec credebant. Multa quoque talia loquitur, primum quidem audientibus incerta, postmodum vero manifesta, ut ostendatur praevideisse quae dicebat.

Et quare aenigma non dissoluit dicens quod templum intelligeret corpus suum? Quia tunc ei fides habenda non erat. Siquidem duo tunc obstant: unum quidem resurrectionis opus, alterum vero quod Deus esset, qui tale templum inhabitaret.

Vers. 23. *Quum — faciebat.* Crediderunt in eum, non tamen firmius: nam illi firmius credebant, qui non propter signa tantum, verum etiam propter doctrinam eius credebant: nam signa crassiores attrahebant, doctrina vero ac prophetiae mente subtiliores. Ideo quoque constanter.

λύσατε δὲ, ἦτοι, κατασρέψατε εἰς γῆν, διαζεῦ-  
χατε τῆς ψυχῆς, λύσατε τῷ συνδέσμου.

Vers. 20. Εἶπον — v. 21. αὐτοῦ. Ἡ προ-  
τέρα μὲν οἰκοδομὴ δὶ ἐτῶν ἐκοστὶ κατεσκευάθη  
παρὰ σολομῶντος· ἡ ὑσέρα δὲ, διὰ τεσσαράκον-  
τα καὶ ἔξι παρὰ Ζοροβάθελ. τῆς προτέρας γὰρ  
καθαιρεθείστης ὑπὸ Βαβυλωνίων, ἥρξατο ἡ ὑσέ-  
ρα, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς βασιλείας κύρου.  
εἴτα Φθόνῳ καὶ διαβολῇ τῶν προσοίκων σαμαρε-  
τῶν ἐπισχεθεῖσα, διέμεινεν οὕτως ἔτη τεσσαρά-  
κοντα. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας  
δαρείου τῷ ὑπάσπου, Ζοροβάθελ ἀποσαλεῖς ἐτε-  
λειώσεν αὐτὴν ἐν ἔτεσιν ἔξι. καὶ οὕτως ἐν ἔτεσι τεσ-  
σαράκοντα καὶ ἔξι ὠκοδομήθη ὁ ναὸς, ἀριθμουμέ-  
νοις ἀπὸ τῆς ἐνάρξεως μέχρι τῆς τελειώσεως.

Vers. 22. Ὁτε — αὐτοῦ. Ὁτε δὲ τοῦ-  
το ἔλεγεν, ἡπόρουν, τί ποτε λέγει, καὶ οὐκ ἐπί-  
σευον. πολλὰ δὲ τοιαῦτα Φθέγγεται, παρατί-  
κα μὲν ἀδηλα τοῖς οἰκούουσι, μετὰ τῷτο δὲ δῆλα,  
ἵνα δειχθῆ προειδὼς, ἀ ἔλεγε.

Καὶ διατὶ οὐκ ἔλυσε τὸ αἴνιγμα; ὅτι ναὸν  
λέγει, τὸ σῶμα αὐτῷ; διότι οὐκ ἔμελλε πισευ-  
θῆναι. δύο γὰρ ἥσαν τὰ προστιάμενα τέως, ἐν  
μὲν, τὸ τῆς ἐγέρσεως ἔτερον δὲ, τὸ Θεὸν ἐναγ  
τὸν ἐνοικεύντα τῷ τοιότερῷ ναῷ.

Vers. 23. Ως — ἐποίει. Ἔπιζευσαν  
εἰς αὐτὸν, ἀλλ’ ὁ Βεβαίως. ἐκεῖνοι γὰρ ἀκριβέ-  
σερον<sup>1)</sup> ἐπίζευον, ὅσοι μὴ διὰ τὰ σημεῖα μόνον,  
ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν διδασκαλίαν αὐτῷ ἐπίζευον.  
τὸς μὲν γὰρ παχυτέρους, τὰ σημεῖα ἐφείλκετο  
τὸς δὲ λεπτοτέρους<sup>2)</sup> εἰς γῆν, ἡ διδασκαλία καὶ  
αἱ προφητείαι. διὸ καὶ οὗτοι μᾶλλον ἐκείνων βε-  
βαίωτε-

tiores sunt hi, quibus etiam aptatur id quod dicitur: Beati qui non viderunt et crediderunt.

Vers. 24. *Ipse — eis.* Neque credebat, neque tanquam legitimis discipulis confidebat: quare?

Vers. 24. *Eo quod — omnia.* Omnem hominem sive constans esset, sive inconstans.

Vel Omnia quae in omnibus sunt.

Vers. 25. *Et — homine.* De qualicunque homine.

Vers. 25. *Ipse — homine.* In quounque homine, utpote cordium cognitor Deus.

### Cap. III. De Nicodemo.

Cap. III. v. 1. *Erat — v. 2. nocte.*

**T**imebat enim iulam accedere propter Iudeorum suspicionem, qui auersuri erant accedentes ad eum.

Vers. 2. *Et — magister.* Putabat enim quod propheta esset missus a Deo ad docendum.

Vers. 2. *Nemo — eo.* Quum prophetam eum putaret, merito arbitrabatur haec eum non propria facere potestate, sed esse a Deo precibus obtenta.

Vers. 3. *Respondit — Dei.* Existimabat Nicodemus se nosse Deum, ac de eo recte sentire. Ostendens autem Christus, quod longe a veritate aberraret, ait. *Nisi quis regeneratus fuerit*

<sup>3)</sup> Etenim pro πάντας, legit in textu πάντα. Unde autem? Ex Codicibus N. Testamenti? Non, sed ex Chrysost. T. VIII. p. 137. C.

βαίοτεροι<sup>τ</sup> οἵσι αἰρμόζει καὶ τὸ, μακάριοι<sup>τ</sup>) οἱ μὴ τοιούτοις ιδόντες, καὶ πισένταυτες.

Vers. 24. Αὐτὸς — αὐτοῖς. Οὐ κατεπίσευεν, οὐκ ἐθάγει, ὡς γνησίοις μαθητῶις διατί;

Vers. 24. Διὰ τὸ — πάντα. Πάντα<sup>τ</sup>) αὐθεωπον, εἴτε Βέβαιος ἐσιν, εἴτε αβέβαιος.

Ἡ πάντα, τὰ πάντων.

Vers. 25. Καὶ — αὐθεώπου. Περὶ τῷ οἰουδήποτε αὐθεώπου.

Vers. 25. Αὐτὸς — αὐθεώπω. Ἐν τῷ παντὶ αὐθεώπῳ, ὡς καρδιογνώσης Θεός.

## ΚεΦ. Γ. Περὶ νικοδήμου.

Cap. III. v. 1. Ἡν — v. 2. νικτός.

Ἐφοβεῖτο γὰρ ἐλθεῖν Φανερῶς, διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν ιουδαίων, ἀποστεφομένων τοὺς προσιόντας αὐτῷ.

Vers. 1. Καὶ — διδάσκαλος. Ὡιετό γὰρ, ὅτι προφήτης ἐσιν, ἀπὸ Θεοῦ πεμφθεὶς εἰς τὸ διδάσκειν αὐτός.

Vers. 2. Οὐδεὶς — αὐτῷ. Ἐπεὶ προφήτην αὐτὸν ὔετο, ακολάθθως ὑπελάμβανεν, ὅτι οὐκ ἔξοικεις δυνάμεως ταῦτα ποιεῖ, ἀλλ' ἐκ τῆς τῷ Θεῷ, δεόμενος αὐτῆς.

Vers. 3. Ἀπεκρίθη — θεῷ. Ἐνόμισεν ὁ νικόδημος γνῶναι αὐτὸν, καὶ ὥρθα Φρονεῖν περὶ αὐτός. δεικνύων δὲ ὁ χριστός, ὅτι πόρρω πλανᾶται τῆς ἀληθείας, Φησὶν, ὅτι ἐαν μή τις αὐαγεῖν θῇ διε-

rit per regenerationem diuini baptismatis, non potest scire siue cognoscere eius dignitatem ac magnitudinem. Nunc enim seipsum dicit Deum, id tamen obscure, quo insolentiam deuitet. Diuina siquidem gratia, quae per sacrum datur baptismum, et mentem roborat, et recte videre trahit, dissipata imbecillitate, quae obtenebrabat.

*Vers. 4. Dicit — nasci? Quid hoc Nicodemus? Rabbi ipsum vocas, et a Deo venisse dicis, nec tamen credis quae dicit? O Iudaicam crassitudinem! Audiuimus regenerationem, sed spiritualem: non potuit hanc concipere, sed carnalem intelligit, et merito dubitat, modumque sciscitur.*

*Vers. 5. Respondit — Dei. Modum manifestat dicens, quod ex aqua et spiritu, vide licet sancto: non tamen clare hoc dieit, quo attentius interrogaret. Saepius enim occulte mentem excitat, ut diligentiores ac curiosiores redat auditorem. Nicodemus siquidem impossibilem dicebat regenerationem: Christus vero omnino possibilem: nec id solum sed et necessariam: adeo ut sine ea regnum Dei nullus possit intrare, hoc est eius dignitatem ac magnitudinem cognoscere, aut diuinam attingere fruitionem.*

Intelligitur autem verbum de his, qui post Christum baptizatum fuerunt. Reliquum est igitur, ut et Apostoli regenerati sint per aquam sane a Iohanne, per spiritum vero, quia ad eos in specie ignitarum aduenit linguarum.

Scri-

διὰ τῆς παλιγγενεσίας τῇ Θείᾳ βαπτίσματος,  
ἢ δύναται ἴδειν, ἢτοι, γνῶναι τὴν αἵξιαν καὶ με-  
γαλεότητα αὐτῷ. Θεὸν γὰρ ἑαυτὸν λέγει νῦν  
ἀσυμφανῶς δὲ, ἵνα φύγῃ τὸν κόμπον. τότε γὰρ  
ἡ διὰ τῇς ιερᾶς βαπτίσματος διδομένη θεία χάρις  
ἔρωνται τὸν νῦν, καὶ ὅραν ὁρθῶς παρέχει, τῆς  
ἐπισκοπήσης αἰδενείας αποσκεδαθείσης.

Vers. 4. Λέγει — γεννηθῆται; Τί τοῦτο νικόδημε; ἀββὶ αὐτὸν καλεῖς, οὐκ ἀπὸ θεοῦ  
ἐληλυθέναι λέγεις, καὶ ἢ πιστεῖς, οἷς λέγεις;  
βαθαὶ τῆς ιουδαϊκῆς παχύτητος! ἡκουσεγ αἰναγένη-  
νησιν, ἀλλὰ πνεύματικήν· ὃκη ηδυνήθη ταῦτην  
νοῆσαι, καὶ νοῖ σαρκικήν· καὶ εἰκότως ἀπορεῖ καὶ  
ζητεῖ τὸν τρόπον.

Vers. 5. Ἀπεκρίθη — θεός. Σαφηνίζει  
μὲν τὸν τρόπον, λέγων, ὅτι ἐξ ὑδάτος καὶ πνεύ-  
ματος, δηλαδή, τῇ ἀγίᾳ οὐπώ δὲ τέλεον, ἵνα  
προσεκτικώτερος ὁ ἔρωτῶν γένηται. πολλάκις γὰρ  
τὸ ἀσαφὲς ἐγείρει τὴν διάνοιαν, καὶ περιεργότε-  
ρον καὶ σπουδαῖον ἀπεργάζεται τὸν ἀκροατήν. ὁ  
μὲν οὖν νικόδημος, ἀδύνατον ἐλεγε τὴν αἰναγένη-  
νησιν ὃ δὲ χριστός, καὶ σφόδρα δυνατήν, καὶ ἢ τῇ-  
το μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰναγκαίαν, ὡς μηδὲ δύνα-  
θει τίνα χωρὶς αὐτῆς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλεί-  
αν τῇ θεῷ. [τὸ<sup>4</sup>] δὲ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν  
τῇ θεῷ, ] ἢ τὸ γνῶναι τὴν αἵξιαν καὶ μεγαλεότη-  
τα αὐτῷ δηλοῦ νῦν, ἢ τὸ τυχεῖν τῆς ἀπολαύσεως  
τῆς θείας.

Ο λόγος δὲ, περὶ τῶν μετὰ τὸ βαπτισμὸν  
τὸν χριστόν. ἔκτοτε γὰρ ἡ αἰναγένησις ἥρξατο.  
λοιπὸν δὲν καὶ οἱ ἀπόστολοι αἰνεγενῆθησαν, διὶ δύ-  
άτος μὲν, παρὰ ἰωάννῳ διὸ πνεύματος δὲ, ὅτε  
ἐπεφοίτησεν αὐτοῖς ἐν εἰδεσ πυρίνων γλωσσῶν.

Scibunt autem quidam, Apostolorum temporibus proximi, quod Christus Petrum ac virginem matrem baptizauerit: Petrus vero reliquos omnes Apostolos.

Vers. 6. *Quod — est.* Non carnalis inquit generatio est, sed spiritualis; nam quod ex carne natum est, carnalis est progenies: quod autem natum est ex spiritu, spiritualis generatio est. Carnalis itaque natuitas est sensibilis, spiritualis vero, intellectualis: nec oportet, quod intellectuale est, sensibiliter indagare: neque humano modo opus, quod diuinum est, Siquidem ex quo prior generatio facta est inutilis, data est secunda regeneratio excelsior et honorabilior. Dei opus est prior: Dei opus est posterior: Deus enim spiritus est.

Vers. 43. *Post — v. 44. haberet,* Cur non abierit tunc recta Capernaum, quae patria ipsius habebatur, causam reddit: quia videlicet hi, qui in ea morabantur, animum non applicabant, nec obtemperabant illi, vtpote familiares: siquidem familiaritas facile causat despectum.

Quomodo autem testatus sit Iesus, quod propheta in patria sua honorem non habeat, quaere in fine vigesimi quarti capituli euangeli iuxta Matthaeum et inuenies. Nazaret quidem patria eius erat, patria videlicet matris ipsius, in qua etiam nutritus fuerat. Capernaum vero habebatur patria illius, quod in ea habitaret. Ait enim Matthaeus, quod relicta Nazaret, veniens habitauit Capernaum.

Vers. 45.

5) παθόλου μὲν ἀπῆλθεν εἰς τὴν γαλιλαίαν, ἦρ οὐ περγασούμ· οὐκ ἴδιως δέ, ἦτοι ἐξαιρέτως, ἥλθεν εἰς παπεργασόμ.

τὴν εὐγνωμονέτεροι δὲ πόλλω τῶν ιουδαίων οἱ σαμαρεῖται. οὗτοι μὲν καὶ ἔξηλθον πρὸς αὐτὸν, καὶ πάρεκάλουν αὐτὸν, μὲν αἱ παρ' αὐτοῖς, καὶ μηδὲν σημεῖον ἴδοντες ἐπίτευσαν εἰς αὐτὸν· ἐκεῖνοι δὲ, ἔρχομενον μᾶλλον πρὸς αὐτοὺς ἐδιώκον, καὶ θέλοντο μένειν παρ' αὐτοῖς ἐβαρύνοντο, καὶ πολλὰ σημεῖα βλέποντες, ηπίσουν. πάθοις, οἷς εἰπόεις, τούτους παραδραμένην, ηποιας δικαιοσύνην, τοῖς μὲν κισουσι προσεδρέυειν, τῶν δὲ αγαπῶντων ἀποπιδᾶν;

Εν ἑτέρῳ δὲ καὶ εἰς σαμαρεῖται οὐκ ἐθέξαντοι αὐτὸν, ὡς Φίλον ιουδαίων, τῶν ἐχθραίνοντων αὐτοῖς, τοῦτο γάρ οἱ λουκᾶς<sup>4)</sup> ἴσορησεν. ἐν d) Luc. 9,52.53.

τῷ τριακοσῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ. ἀλλ' ἐκεῖνοι ἐτέροις ἵσαγ παρὰ τούτους. ἐκεῖνοι μὲν γάρ τινα μητρικὰ τῆς σαμαρείας ἠκουν, οὗτοι δὲ, πόλις,

Vers. 43. Μετα — v. 44. ἔχει. Διότι τότε γε απῆλθεν ἰδικῶς<sup>5)</sup> εἰς καπερναοῦμ, τὴν δοκεσαν πατρίδα αὐτῷ, τιθησιν αὐτίαν, οτι γρεοσείχον αὐτῷ οἱ ἐν αὐτῇ, καταφρονθεῖτες, ὡς συνήθουσι. τὸ σύνηθες γάρ εὑκαταφρονητον.

Πρόδε οἱ ἱσοῦς ἐμαρτύρησεν, οτι προφήτης εν τῇ Ἰοα πατερὶ τίμην γε ἔχει; e) καὶ βίην ποσοῦ ἐν τῷ τέλει τῷ εἰκοστῷ τετάρτου<sup>6)</sup> κεφαλαίου τῷ e) Matt. 13,57. κατασταθεῖσιν, καὶ εὐηγέρσι. καὶ γάρ η μὲν ναζαρεῖτην πατρὶς αὐτῷ, ὡς πατρὶς τῆς μητρὸς αὐτοῦ καὶ τῷ δοκεντος πατρὸς αὐτῷ, καὶ ὡς ἐν αὐτῇ τεθραμμένου. η δὲ καπερναοῦμ ἐδοκει πατρὶς αὐτῷ, ὡς κατοικεντος εἰς αὐτήν. Φησι γάρ οἱ ματθαῖος, οτι f) καταλιπὼν τὴν ναζαρέτ, ἐλ. f) Matth. 4, 13. Τὸν κατώκησεν εἰς καπερναοῦμ.

<sup>4)</sup> καὶ, abest. A. Nec agnoscit Hentenius. Idem paulo ante, loco τοῦ, videtur legisse πᾶσι.

Verf. 45. *Quum — festo.* Galilaeam intellige reliquas Galilaeae ciuitates ac vicos, praeter eam quae proprie ciuitas eius dicebatur. Festum vero, pascha, veluti secundo capite significatum est.

Verf. 45. *Nam et ipsi — festum.* Nam omnes simul Iudei Ierosolymam vnde concorrentes festum celebrabant.

## Cap. VI. De regio.

Verf. 46. *Venit — viuum.* In Galilaeam quidem venit propter eorum inuidiam, qui Iudeam inhabitabant: in patriam autem suam non abiit, quia ei non auscultabant, et ne maior eis accederet condemnatio. In Cana venit: primum quidem inuitatus ad nuptias, nunc vero, ut fidem quae ex facto prius miraculo accesserat, sua praesentia confirmaret: ita potius eos attraheret, veniens non vocatus, ac patriae suae eos praeponens.

Verf. 46. *Et — Capernaum.* Regius dicebatur, vel quod regio esset genere, vel quod dignitate inactus erat, a qua Regius cognominabatur, vel quod minister esset regius. Quidam itaque dicunt, hunc fuisse Centurionem, de quo apud Matthaeum et Lucam facta est mention. Non est autem ita. Siquidem, ut alias eorum differentias omittamus, ille Centurio erat, hic Regius: illius seruus aegrotabat, hujus filius: et ibi morbus erat paralysis, hic autem febris.

Verf. 47. *Hic — morituris.* Rursum ηγωτα, significat, Deprecabatur.

Verf. 48.

<sup>7)</sup> Γαρ ergo, quod unus meorum omittit, Codex Hentenii videtur habuisse.

<sup>8)</sup> ερχόμενοι. A.

Verf. 45. Ὁτε — ἔορτῇ. Γαλιλαίαν  
νόει, τὰς ἀλλας πόλεις καὶ κάμας τῆς γαλι-  
λαίας, παρὰ τὴν δηλωθεῖσαν ίδιαν πατρίδα  
αὐτοῦ ἔορτὴν δὲ, τὴν τε πάσχα, ὡς ἐν τῷ δευ-  
τέρῳ κεφαλαίῳ δεδήλωται.

Verf. 45. Καὶ αὐτοὶ γὰρ?) — ἔορτὴν.  
Ομβ γὰρ ἐν ἱεροσολύμοις ἐβραῖοι πάντες παντας  
χόθεν<sup>8)</sup> συνερχόμενοι ἔορταζον.

### ΚεΦ. 5. Περὶ τοῦ βασιλικοῦ.

Verf. 46. Ἡλθεν — αἴνου. Εἰς τὴν γα-  
λιλαίαν μὲν ἥλθε, διὸ τὸν Θεόνον τῶν κατοικήν-  
των τὴν ιδαίαν εἰς τὴν ἡγεῖσαν δὲ πατρίδα αὐ-  
τὸς εἰπῆλθεν, ως μὴ προσέχεσσαν αὐτῷ, καὶ  
ἴνα μὴ μεῖζον αὐτῇ γένηται τὸ κρίμα. εἰς τὴν κα-  
νοὺς δὲ ἥλθε, πρῶτον μὲν, κληθεὶς εἰς τὸν γάμον  
νῦν δὲ, τὴν ἀπὸ τε προγεγούσος θαύματος ἐγ-  
γενομένην πίσιν βεβαιῶν τῇ παρεσταῇ καὶ μᾶλ-  
λον αὐτὸς ἐφελκόμενος, ως ἐλθὼν αὐτόκλητος  
καὶ προτιμήσας αὐτὸς τῆς πατρίδος.

Verf. 46. Καὶ — καπερναοῦμ. Βασι-  
λικὸς ἐλέγετο, η ὡς ἐκ γένες βασιλικός, η ὡς  
ἀξιωμάτικητημένος, αὐτὸς εὑπερ ἐκαλεῖτο βα-  
σιλικός, η ὡς ὑπηρέτης βασιλικός. τινὲς μὲν δὲ  
Φασὶν, ὅτι οὗτός εἴσιν οἱ παρὰ τῷ ματθαίῳ<sup>8)</sup> καὶ<sup>g)</sup> Matt. 8, 5.  
τῷ λουκᾷ μημονευόμενος ἐκατόνταρχος. δὲ δέ  
δέ. καὶ γὰρ, οἵας τὰς ἀλλας ἐάσωμεν διαφορὰς  
αὐτῶν, ἐκεῖνας μὲν ἐκατόνταρχος οὗτος δὲ βα-  
σιλικός· κακένγια μὲν δέλλος ήθένει. τέτοιος δὲ  
καὶ ἐκεῖ μὲν η νοοῖς παραλύσις. ἐνταῦθα δὲ  
πυρετός.

Verf. 47. Οὗτος — ἀποθυήσκει. Ἡεώ-  
τα, ἦτοι παρεκάλει. Luc. 7, 21.

Vers. 48. *Ait — credetis.* Non interrogative, sed affirmatiue legendum. Nam hoc dixit generaliter quidem deprimendo Iudeos cum Samaritanis collatos: quod illi absque signis et prodigiis ereditissent: particularius autem Regium obiurgando: etsi enim fidei erat, quod abiisset et deprecatus esset; ac virgeret eum. Siquidem evangelista quoque ait, quod quoniam dixisset Iesus, *Vade filius tuus viuit,* credidit homo sermoni, quem dixerat ei: nondum tamen recte credebat: et hoc manifestum est; eo quod interrogauerit, quando aegrotantem reliquisset febris: volebat namque discere; utrum casu, an Christi iussu, hoc factum esset.

Vers. 49. *Dicit — v. 50. ibat.* Descende, inquit, priusquam moriatur: existimabat enim, quod post mortem eum resuscitare non posset.

Vers. 51. *Iam — v. 52. habuisset.* Quanquam *κομψός* dicatur scitus, industrius aut eloquens: hic tamen comparativum *κομψότερος* significat facilius, leuius, tolerabilius.

Vers. 52. *Et — febris.* Nam procul a Cana erat Caperhaum: itaque non potuerunt eodem die perferre nuntium de salute filii eius.

Vers. 53. *Cognovit — viuit.* Quod in illa hora, puta, reliquerat eum febris.

Vers. 53. *Et — tota.* Nunc perfecte credidit, ubi sanatus est filius ipsius. Merito ergo obiurgavit eum Christus, qui cor illius mouerat, dicens: *Nisi signa et prodigia videritis, nequam credetis.*

*Signa*

¶ Non est sollicitandum hoc vocabulum, et si Hentenius reddiderit, tolerabilius. Nam *ἀληθέρος* recen-

Vers. 48. Εἰπεν — πισεύσητε. Οὐ κατ' ἔρωτησιν αὐαγνωτέον, εἰλλαὶ κατὰ ἀπόφασιν. εἰπε γάρ τοτο κοινῶς μὲν, τῶν σαμαρείτῶν ὑποβιβάζων τοὺς ιουδαίους, ὡς ἐκείνων πισευσάντων δίχα σημείων καὶ τεράτων ἴδιαιτερον δέ, τῷ βασιλικῷ καθαπτόμενος. εἰ γάρ καὶ πισεως ἦν, τὸ ἀπελθεῖν, καὶ παρακαλεῖν, καὶ ἐπείγειν αὐτόν, καὶ γάρ καὶ ὁ εὐαγγελισθεὶς Φρσιν· ὅτι<sup>1)</sup> εἰπόντος h) Io. 4, 50. τῷ ἵσθι πορέου, οὐδεὶς σου ζῆι ἐπίσευσε τῷ λόγῳ αὐτῷ. ἀλλ' εἴν οὐχ ὑγιῶς ἐπίσευσε. καὶ τότο δῆλον ἀπὸ τῷ πυνθάνεσθαι, πότε ἀφῆκε τὸν γοσθύντα ὁ πυρετός. ἐβύλετο γάρ μαθῆν, εἴτε αὐτομάτως, εἴτε κατ' ἐπιταγὴν τοῦ χριστοῦ τεῦτα γέγονε.

Vers. 49. Λέγει — v. 50. ἐπορέουετο. Κατάβηθι, Φρσι, πεὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου. προσεδόκα γάρ, ὅτι μετὰ τὸ ἀποθανεῖν, γίνονται αἰνεῖσαι αὐτό.

Vers. 51. Ἡδη — v. 52. ἔσχε. Κομψότερον ἐνταῦθα λέγει, τὸ διεότερον, τὸ κονφότερον, τὸ<sup>2)</sup> ἐλευθεριώτερον.

Vers. 52. Καὶ — πυρετός. Πόρρω γάρ τῆς κανάκης η παπερισσούμην, ὥσε μή δυνηθῆναι αὐτὸς ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ πομίσαι τὰ εὐαγγέλια τῆς ζωῆς τῷ παιδίῳ.

Vers. 53. Ἐγγω — ζῆι. Ότι ἐν ἐκείνῃ τῇ ᾧρᾳ, δηλονότι ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός.

Vers. 53. Καὶ — ὅλη. Νῦν ἐπίσευσεν ὑγιῶς, μετὰ τὸ ὑγιανεῖ τὸν θύμον αὐτῷ. καθλῶς εἴη! καθήψατο αὐτῷ, ὁ τὴν παρδίσαν αὐτῷ γινώσκων χριστός, εἰπών, ὅτι<sup>3)</sup> ἐσαν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα! Io. 4, 48. Ιόντε, καὶ μὴ πισεύσητε.

L-4 Kuglās

recentiores etiam usurpant de conualescentibus.

Signa quidem proprie sunt, quae secundum naturam fiunt, ut sanare aegrotum: prodigia vero, quae supra naturam, ut vivificare mortuos, visum praestare caecis, quanquam abusive etiam dicantur ediuerso.

Vers. 54. *Hoc — Galilaeam.* Et prius quum dixisset, Venit rursum Iesus in Cana Galilaeæ, ubi fecerat ex aqua vinum, non frustra miraculi fecit mentionem: sed ut ostenderet, quod etiam facto illo signo Samaritanis inferiores in fide inuenti sunt. Et nunc quoque dicens, Hoc iterum secundum signum edidit Iesus, similiter carpit illos, quia etiam secundo signo viso, non potuerunt ad mensuram peruenire fidei Samaritanorum, qui nullum viderant.

Hoc autem dixit secundum, non quod post primum nullum aliud ediderit in tota Palaestina, sed quod post primum, hoc secundum in Cana factum sit.

Cap. V. v. 1. *Post — Iudeorum.*  
Pentecoste.

Vers. 1. *Et — Ierosolyma.* Continue in festis ad hanc ciuitatem ventitabat: partim quidem, ut cum caeteris festum celebraret secundum legem: partim vero, ut simplicium multitudinem attraheret. Nam in festis ex omni plebe confluabant.

Vers. 2. *Est — Bethesda.* Est Ierosolymis piscina in loci situ, qui dicitur Probatika: aut simpliciter ita dicto iuxta veterum traditionem, aut ut quidam dicunt, quod oves (quae Graecis

<sup>2)</sup> οἱ ἐν τῇ γαλιλαίᾳ.

<sup>3)</sup> ἀφιέθει. A. male. Forte tamen ita repererit interpres.

Κυρίως δὲ σημεῖα μέν εἰσι, τὰ κατὰ Φύσιν,  
ώς τὸ υγιάζειν γοσθντας· τέρατα δὲ, τὰ ὑπὲρ  
Φύσιν, ως τὸ ζωοποιὲν νεκροὺς καὶ ἐμμαστοῦν  
τυφλούς. καταχρητικῶς δὲ λέγονται καὶ τοὺν  
αὐτούς.

Vers. 54. Τοῦτο — γαλιλαῖαν. — Καὶ  
πρότερον εἶπών ὅτι ἥλθε<sup>k)</sup> πάλιν ὁ Ἰησοῦς εἰς κ) Ιο. 4, 46.  
τὴν κανὰ τῆς γαλιλαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ  
οἶνον· ἢ μάτην ἀνέμυντο τῷ Θαύματος, ἀλλ  
ἐμφαίνων, ὅτι καὶ τούτου γεγονότος, ἐλάττως<sup>1)</sup>  
τῶν ταμαριτῶν εἰς πίσιν ἐφάνησαν. καὶ νῦν δὲ  
λέγων ὅτι τῷτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν  
ὁ Ἰησοῦς ὄμιλος καθάπτεται αὐτῶν, ὅτι καὶ δεύ-  
τερον σημεῖον ιδόντες, ἐκ ἡδυνήθησαν ἐφικέθαι<sup>2)</sup>  
τῷ μέτρῳ τῆς πίσεως τῶν οὐδὲν ἐωρακότων σα-  
μαριτῶν.

Δεύτερον γὰρ τῷτο ἐπεν, οὐχ ως μετὰ τὸ  
πρῶτον<sup>3)</sup> μηδενὸς ἐτέρου παρὰ τῷτο γεγονότος  
ἐν ὅλῃ τῇ παλαισίῃ, ἀλλ ὅτι μετὰ τὸ πρῶτον  
δεύτερον τῷτο ἐν κανὰ γέγονε.

Cap. V. v. 1. Μετὰ — ιδεῖσιν.

Η πεντηκοσῆ.

Vers. 1. Καὶ — ιεροσόλυμος. — Συνεχῶς  
ἐν ταῖς ἔορταῖς ἐπιχωριάζει τῇ πόλει ταῦτῃ, τῷ-  
το μὲν, συνεορτάζων διὰ τὸν νόμον· τῷτο δὲ, τὰ  
πλήθη τῶν ἀπονήρων ἐπισπάμενος. ἐν ταῖς ἔορ-  
ταῖς γὰρ, ἐκεῖ παυδημὲς συνέβρεον.

Vers. 2. Ἐστι — βηθδεσδά. — Ἐσιν ἐν ιε-  
ροσολύμοις κολυμβήθρᾳ, ἐπὶ τῇ τοποθεσίᾳ τῇ  
καλγμένῃ προβατικῇ. οὗτω δὲ ταῦτην ὀνόμαξον  
εἰπλῶς, κατὰ παράδοσιν ἀρχαῖσκη. ή ως τινες  
λέγουσιν τοις Ἀραῖς.

<sup>1)</sup> μηδέν. <sup>2).</sup>

πρόβατα appellantur), olim illuc congregarentur, quae in festis erant immolanda: et harum intestina in aqua illa purgarentur.

Vers. 2. *Quinque porticus habens.* Fornices aut testudines: has autem in circuitu habebat. Sicut ergo diuina prouidentia, quae ibi operabatur, piscina fabricata erat, ita et porticus propter aegrotantes.

Vers. 3. *In* — v. 4. *morbo.* Per enumeratos morbos alii quoque significati sunt. Dicens autem, statuto tempore descendebat, docuit, quod non semper siebat miraculum, sed certis temporibus: hominibus quidem incognitis, verum frequenter, ut opinor, in anno: propter hoc siquidem in porticibus decumbebat multitudo magna languentium.

Verum caeteri sane, ut pote claudi et aridi, poterant tempus obseruare: nam videbant turbari aquam: caeci autem quomodo factam aquae turbationem cognoscebant? Habebant certe ministros, qui id obseruarent.

Illa vero piscina figura erat piscinæ sacri baptismi: sicut enim illa morbos sanabat, ita et ista: sed illa quidem corporales: haec vero spirituales: illa statuto tempore, haec autem semper: illa descendente angelo, haec adueniente spiritu sancto: nam maiora sunt noua veteribus.

Cap.

<sup>4)</sup> Immo q. Vide Eustath. ad Hom. p. 1390. v. 54. edit. Rom.

λέγοσι, διὸ τὸ ἐκεῖσε τὰ πρόβατα συνάγεθαι  
πάλαι, τὰ μέλλοντα ἐν ταῖς ἑορταῖς θυσίαζε-  
θαι, καὶ τὰ τέτων ἔγκατα ἐξ ἐκείνου τῷ ὥδατος  
ἀποπλύνεθαι.

Vers. 2. Πέντε σοὶς ἔχοσσι! Στοῖ ἐσιν,  
ἢ παρ' ἡμῖν λεγομένη παρούσαι, η̄ καὶ<sup>4)</sup> ὁ Θόλος:  
κύκλῳ δὲ ταύτας εἶχεν. ὡς δὲν θείας δυνάμεως  
ἐνεργεύσης ἐκεῖ, κολυμβήθεα κατεσκένασο, καὶ  
σού, διὸ τὸς γοσθύντας.

Vers. 3. — v. 4. γοσῆματι. Διὸ  
μὲν τὰν ἀπηριθμημένων, καὶ τὰ ἄλλα γοσῆματα  
δεδήλωτα. εἰπὼν δὲ, ὅτι κατὰ καιρὸν κατέβαι-  
νεν, ἐδίδαξεν, ὅτι δὲ πάντοτε τὸ θαῦμα ἐγίνετο,  
ἄλλοι κατὰ καιρὸν μὲν ἀγνωστὸν τοῖς ἀνθρώποις  
πολλάκις δὲ οἴμαι τῷ ἐνισιτῷ. διὸ τοῦτο γὰρ  
καὶ ἐν ταῖς σοῖς κατέκειτο πολὺ πλῆθος τῶν  
ἀθενέντων.

Αλλ' οἱ μὲν χωλοὶ καὶ ξηροὶ ἥδυναντο παρο-  
τηρεῖν τὸν καιρόν. ἐώρων γὰρ ταρασσόμενον τὸ  
ὑδωρ· οἱ δὲ τυφλοὶ, πῶς; ἀπὸ τῷ γινόμενῳ θο-  
ρύβῳ τῷτο ἐμάνθανον. εἶχον δὲ καὶ ὑπηρέτας<sup>5)</sup>  
παρατηρεῖντας.

Ἐκείνη δὲ ἡ κολυμβήθεα, τύπος δὲ τῆς κο-  
λυμβήθεας τῷ ἀγίου βαπτίσματος. ὡσπερ γὰρ  
ἐκείνη γόσους ἱᾶτο, δὲν καὶ αὐτῇ. ἀλλ' ἐκείνῃ  
μὲν σωματικάς, αὐτῇ δὲ ψυχικάς. καὶ ἐκείνῃ  
μὲν κατά τινα καιρὸν, αὐτῇ δὲ ἀεί. κακείνη μὲν  
καταβαίνοντος ἀγγέλου, αὐτῇ δὲ ἐπιφοιτῶντος  
τοῦ ἀγίου πνεύματος. μείζονα γὰρ τῶν παλαιῶν  
τὰ καινά.

ΚΕΦ.

5) ὑπηρετοῦντας. Ε.

**Cap. VII.** De eo, qui triginta et octo annos morbo tenebatur.

Vers. 5. *Erat — morbo.* Morbus vero erat paraly sis. Alius tamen erat hic a paralytico, de quo apud Matthaeum fit mentio, sicut in enarratione decimi tertii capit is illius euangelii apertissime significatum est.

Vers. 6. *Quum hunc vidisset — fieri?* Eum, qui multo tempore assiduus fuerat ac tolerantissimus, caeteris praeponit: tum quod miseratione dignior esset, tum etiam docens, quod inter eos, qui superno egent medicamine, Deum magis flectunt, qui sunt constantissimi. Non dixit autem, *Vis*, ut te curem: quia erat ab arrogantia alienus, et quia is, qui morbo tenebatur ipsum nequaquam cognoscebat: ideo etiam nec fidem ab eo requisiuit.

Interrogat autem, non ut disceret: superuacaneum enim erat de re manifesta discere: sed ut per responsione m omnibus ostendatur eius constantia: vide enim, quid respondeat.

Vers. 7. *Respondit — descendit.* Suspicabatur, quod hoc propterea ipsum interrogabat, ut argueret, quod prae segnitie frustraretur sanitate: aut quod in hoc prodesse sibi vellet, ut eum in piscinam immitteret: ideo etiam respondet, quod ob id salutem non consequeretur, quia hominem non haberet.

Dicens autem, *Dum venio ego, aliis ante me descendit, suam ostendit perseverantiam,* quatuor annis frustratus, adhuc tamen perseverabat et non desperabat, idque non segnis, sed detrusus et offensus, nec sic negligenter efficiebatur.

Nos

*πατεμέμενοι, προ χρόμενοι.*

**Κεφ. Ζ.** Περὶ τοῦ τριάκοντα ὄντω<sup>ν</sup>  
ἔτη ἔχοντος ἐν τῇ μαθησίᾳ.

Vers. 5. Ήν — ἀδενέια. Πάρεστις ἦν,  
ἡ ἀδενέια. Ἐτερός δὲ ἐστιν οὐτὸς παρὰ τὸν ὑπὸ<sup>τ</sup> Ι) Ματθ. 9, 2.  
ματθαίου μητρού ευθέντα παραλυτικὸν, ὃς ἐν τῇ  
ἔξηγήσει τῷ τρισκαιδεκάτου κεφαλαίου αὐτῷ σα-  
φέσαται δεδήλωτα.

Vers. 6. Τοῦτον οὖτον — γενέθμα; Νο Τού-  
πολυχρονίω προσεδρεία χρώμενον<sup>ο</sup> ικανότερη  
κώτατον προτιμᾶ τῶν ἀλλων, τῷτο μὲν πάσι  
ἔλεεινότερον, τῷτο δὲ καὶ διδάσκων, ὅτι τῶν δεο-  
μένων τῆς ἀνωθεν ιατρείας, οἱ καρτερικώτατος  
μᾶλλον ἐπικάμπτουσι τὸν θεόν.

Οὐκ ἔπει δὲ, Θέλεις, θεραπεύσω σε, διό  
τὸ ἀκόμη παῖδον, καὶ διότι δὲ ἔγνωξε τῷτο οὐλως  
ὅ ἀδειῶν. διὰ τῷτο γάρ οὐδὲ πίξιν αὐτὸν απή-  
τησεν.

Ἐρωτᾷς δὲ, οὐχ ἵνα μάθῃ περιττὸν γάρ  
περὶ προδήλου πράγματος μανθάνειν· ἀλλ' ἵνα  
διὰ τῆς ἀποκρίσεως Φανῆ πᾶσιν η καρτερία αὐτῷ.  
ὅρα γάρ, τί ἀποκρίνεται.

Vers. 7. Ἀπεκρίθη — καταβάίνει.  
Τπώπτευσεν, ὅτι διὰ τῷτο αὐτὸν ἡρώτησε τῷτο,  
ἵνα ἔλεγξῃ, διὰ διάθυμίαν προσέμενον τὴν ιασιν,  
ἢ ὅτι βαλόμενος χρησιμεῦσαι πρὸς τὸ βαλεῖν αὐ-  
τὸν εἰς τὴν κολυμβήθραν. διὸ καὶ ἀπολογεῖται,  
ὅτι παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἀνθρώπον ἀποτυγχάνει.

Εἰπὼν δέ ὅτι ἐν ᾧ ἔρχομαι ἔγώ, ἀλλος πρὸ<sup>τ</sup>  
ἔμθ καταβάίνει· ἔδειξε τὴν καρτερίαν αὐτῷ, πῶς  
ἐν τοστοῖς ἔτεσιν ἀποτυγχάνων, ἔτι παρέμενε,  
καὶ δὲ ἀφίσατο, καὶ ταῦτα 8 ἔδιθυμῶν, ἀλλὰ  
παραγκωνιζόμενός τε καὶ ἐπηρεαζόμενος, καὶ  
δέ οὐτω γαρκῶν.

Ημεῖς

Nos autem breui aliquo tempore diligenter Deo adstantes, si non assequimur quod opimus, statim omittimus ac recedimus, prioresque redimur. At laboriosum est, inquies, continere orare. Et quae virtus non est laboriosa? Verum sicut laborem habet, ita et lucrum adserit.

Vers. 8. *Ait — ambula.* Non solum erigit, sed et grabbatum tollere iubet, ut miraculum esse credatur; et non appareat phantasia aliqua. Nisi enim membra firmiter compacta forent, nequaquam grabbatum ferre possent.

Hoc autem pluries fecit, eorum, qui impudentes esse vellent, ora obstruens. Nam et in paralytico, de quo apud Matthaeum, similiter fecit: et in panibus eademi de causa, ut pluriua fragmenta relinquerentur, ordinavit: et ei, qui a leprosa mundatus est, iussit, ut se sacerdoti ostenderet: et quum ex aqua vinum fecisset, praecepit, ut haurirent, ferrentque architriclino: et quum mortuam suscitasset, praecepit, ut darent illi, quod ederet: insensatis suadens per omnia huiusmodi, se non esse impostorem, sed verum saluatorem communis hominum naturae.

Vers. 9. *Et — ambulabat.* Simul et audiuit, et sanitatem sentiens erectus est: itaque nullius habita ratione, tulit lectum suum et ambulabat.

Vers. 9. *Erat — v. 11. ambula.* Vide libertatem: neque enim solum non obediuit illis, sed et beneficium autorem praedicauit, ac omnibus praestantiorem demonstrauit dicens: Ipse mihi dixit; ipsi obediui: siquidem eum, qui me sanum fecit, maiorem cunctis ducere decreui.

‘Ημεῖς δὲ βραχύν τινα καιρὸν προσεδρέυοντες τῷ Θεῷ σπεθείως, ἐὰν μὴ τύχωμεν, δινοῦμεν λοιπὸν, καὶ ἀποφοιτᾶμεν; καὶ ἀναπίπτομεν, ἀλλ᾽ ἐπίπονόν, Φησιν, ἡ διηνεκῆς πρόσεν; χή καὶ ποια ἀρετὴ ἐκ ἐπίπονος; διότι δὲ ἐπίπονος, διὰ τόπον καὶ ἐπιπερδῆς.

Vers. 8. Λέγει — περιπάτει. Οὐ μόνον αὐτιστὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν κράββατον ἀραι κελεύει, ἵνα πιστῶθῇ τὸ Θαῦμα, καὶ μὴ δέξῃ Φαντασίας τις! εἰ γὰρ μὴ συνεπέληγη τὰ μέλη βέβαιως, ἐκ ἀντὸν κράββατον ἥδυνατο φέρειν.

Τοῦτο δὲ πολλαχοῦ πεποίηκεν, ἐπιτομίζων τοὺς αὐτιστικούς βελομένους. καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ παρατάτω ματθαίω παραλύτου, ὁμοίως<sup>m)</sup> πεποίηκει· καὶ ἐπὶ τῶν ἀρτῶν, διὰ τοῦτο λείψαντα πολλα παρεσκεύασεν<sup>n)</sup> ὑπολειφθῆναι· καὶ τῷ<sup>p)</sup> καθαριδέντι λεπρῷ προσέταξε,<sup>o)</sup> δεῖξαι εἰς τὸν<sup>o)</sup> τῷ ιερῷ· καὶ τὸ ὄδωρον σίνον ποιήσας, εἶπεν ἀντλῆσαι<sup>r)</sup> καὶ ἐνεγκαῖν τῷ ἀρχιτρικλίνῳ· καὶ γενέση<sup>r)</sup> πατέρας;<sup>p)</sup> ἐνετείλατο δῆναι<sup>q)</sup> αὐτῷ Φαγεῖν<sup>q)</sup> τοὺς ἀνοήτους, διὸ τῶν τοιάτων πάντων πείθων τοὺς ἀνοήτους, ὅτι ἐκ ἔτιν ἀπατεών, ἀλλὰ σωτῆρ ἀληθῆς τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως.

Vers. 9. Καὶ — περιεπάτει. Ἄμα τὲ ἕκουσε, καὶ ἀμα τῆς ὑγείας αἰδόμενος, ἥγερθη, καὶ λοιπὸν μηδὲν ὑπολογισάμενος, ἥρε τὸν κράββατον αὐτῷ, καὶ περιεπάτει.

Vers. 9. Ἡν — v. ii. περιπάτει. Οὗτοι παρέησιαν. Βέβαιον γὰρ δὲ ἐπείδη τούτοις, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐεργέτην ἀνεκῆρυξε, καὶ προτιμότερον πάντων ἀπέφηνε, λέγων ἐκεῖνός μοι εἴπεν, ἐκεῖνῷ πείθομαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνός με ἰασάμενός, ἐκεῖνον μείζονα πάντων γομίζειν παρεσκεύασεν.

Vers. 12.

Vers. 12. *Interrogauerunt* — v. 13. *loco.*  
 Simul ut hominem sanauerat, subduxerat se propter turbam: partim quidem fugitans laudem ae-  
 quorum, partim vero inuidiam amputans iniquo-  
 rum. Solet enim frequenter solus eius conspe-  
 catus, cui quis inuidet, multam infundere flam-  
 main irae.

Vers. 14. *Posthaec* — *contingat.* Quum  
 iam et miraculi rumor defecisset et tumor  
 Iudeorum, occurrit ei, qui sanatus fuerat,  
 volens animam quoque illius meliorem reddere,  
 reperit eum non in otio et segnitie, sed in templo,  
 orantem, ut opinor, ac Deo gratias agentem: et  
 admonet illum, ne deinceps peccet, ostendens  
 quod propter peccata aegrotabat. Minatur autem  
 grauius puniendum, si peccauerit: docens eos,  
 qui post poenam peccati rursus delinquent, atro-  
 cius puniendos, tanquam insensatos ac contem-  
 tores, siue in praesenti vita, siue in futura, siue  
 in utraque.

Quod si peccatorum supplicium durauit hic  
 triginta et octo annos, quidnam poterit quispiam  
 dicere de futuro supplicio? vtique, quod aeternum  
 erit ac sine carens. Neque tamen omnes morbi  
 a peccatis oriuntur, neque omnes peccatores ae-  
 grotant. Paralyticus quoque, de quo apud  
 Matthaeum fit mentio, propter peccatum aegro-  
 tabat: ideo etiam dixit illi, Remissa sunt tibi pec-  
 cata tua. Per tales autem admonet omnes: eos  
 quidem, qui nondum aegrotauerunt, vt timeant,  
 ne morbo corripiantur, et ita corriganter: eos ve-  
 ro, qui iam morbo subiacuerunt, vt timeant, ne  
 deterius aegrotent, et deinceps cautius viuant.

Quisque

Vers. 12. Ἡρώτησαν — v. 13. τόπῳ.

Ἄμα τῷ Θεραπεῖσαι τὸν ἀνθρωπὸν, ἐξένεισε,  
διὰ τὸν ὄχλον, τοῦτο μὲν, Φεύγων τὸν παρὰ τῶν  
εὐγνωμονεσέρων ἔπαινον· τοῦτο δὲ, περικόπτων  
τὸν παρὰ τῶν ἀγνωμονεσέρων φθόνον. εἰωθε γάρ  
πολλάκις ὄψις μόνον τοῦ φθονουμένου, πολλὴν  
ἐνιέναι φλόγα.

Vers. 14. Μετὰ ταῦτα — γένηται.

Παρακμάσαντος ἡδη καὶ τοῦ θαύματος, καὶ τοῦ  
θυμοῦ τῶν ἰεδαίων, ἐντυγχάνεις λοιπὸν τῷ Θερα-  
πευθέντι, θέλων βελτιῶσαι καὶ τὴν ψυχὴν<sup>7)</sup>  
αὐτοῦ. εὐρίσκει δὲ αὐτὸν, οὐκ ἐν ἀνέσει καὶ ἔσ-  
θυμίᾳ, ἀλλ ἐν τῷ ἱερῷ, προσευχόμενον, οἷμαρ,  
καὶ εὐχαριστήρια τῷ Θεῷ ἀποδιδόντα. καὶ παρ-  
ανεῖ μὲν, μηκέτι ἀμαρτάνειν, δεικνύων ὅτι ἐξ  
ἀμαρτιῶν ἐνόσεις ἀπειλεῖ δὲ, εἰ πάλιν ἀμαρτή-  
σει, χείρονα κόλασιν, διδάσκων, ὡς οἱ μετὰ τὴν  
ἐξ ἀμαρτίας τιμωρίαν πάλιν ἀμαρτάνοντες, χα-  
λεπώτερον τιμωρηθήσονται, ὡς ἀναίδητοι καὶ  
καταφρενηταί, εἴτε ἐν τῇ παρόσῃ ζωῇ, εἴτε ἐν  
τῇ μελλόσῃ, εἴτε καὶ ἐν αὖφοτέσσας.

Εἰ δὲ ἐνταῦθα κόλασις ἀμαρτιῶν παρετάθη  
εἰς τρισκόντακτῷ ἔτη, τὶ ἀν τις εἶποι περὶ τῆς  
ἐκεῖ κολάσεως; ὅντως γάρ ἀτελεύτητός ἐσι καὶ  
αἰώνιος. γέτε δὲ πᾶσαι αἱ νόσοι ἐξ ἀμαρτιῶν τίκτον-  
ται, γέτε πάντες οἱ ἀμαρτάνοντες νοσοῦσι. καὶ ὁ  
μημονεύομενος δὲ ὑπὸ ματθαίου παραλυτικός,  
ἐξ ἀμαρτιῶν ἐνόσεις, καθὼς ἐκεῖ διέληπται· διὸ  
καὶ πρὸς ἐκεῖνον εἰρηκεν, ἀφέωντά γε σοι<sup>8)</sup> αἱ ἀμαρτίαι<sup>9)</sup> Matth. 9, 2.

τίαι σου. διὰ τῶν τοιούτων δὲ παραγγέλλεις πᾶσι,  
τοῖς μὲν μήπω νοσήσοις, φοβεῖθαι, μὴ νοσήσω-  
σι, καὶ διορθουθαι· τοῖς δὲ ἤδη νοσήσασι, φοβεῖ-  
θαι, μὴ νοσήσωσι χείρον, καὶ ἀσφαλίζεσθαι  
πλὴρε τὸ μέλλον.

Quisque ergo nostrum, si iam aegrotauit, dicat apud se, Ecce sanus factus es, non pecces deinceps, ne quid deterius tibi contingat. Quod si nondum morbo detentus est, apostolicum oraculum apud se decantet, Bonitas Dei ad poenitentiam te inuitat, sed iuxta duritatem tuam et cor impoenitens, iram tibi recondis. Non solum autem corporis membra adstringens suam ostendit diuinitatem, sed etiam dicens, Non pecces deinceps: siquidem omnia se nosse significauit, quantumuis etiam arcana.

Vers. 15. *Abiit — sanum.* Abiit et nuntiauit: non tanquam iniquus, ut proderet, sed tanquam gratus, ut benefactorem diuulgaret: nam beneficium ac minae sufficiebant, ut eum in officio continerent: nec his tantum alligatus erat, verum etiam timebat, ne quid deterius pateretur. Praesertim quod si eum prodere voluisset, nequaquam dixisset, quod Iesus esset, qui se sanasset: sed quod Iesus esset, qui dixisset ei, Tolle grabbatum tuum et ambula. Ipse ergo, quia crimen incurrire se putabat, si tacuisset, beneficium praedicauit. Gratus itaque ac libere loquens censendus est hic homo, omniisque carens accusatione.

Vers. 16. *Ac — Sabbatho.* Quantum ad id, quod apparebat, propter hoc: quantum vero ad id, quod occultum erat, propter iniuriam.

Vers. 17. *Iesus autem — operor.* Vtrinque seipsum Deo aequalem esse ostendit: et dicens Deum patrem suum, et dicens, se operari sicut illum:

Καὶ ήμῶν οὖν ἔκαστος, εἰ μὲν ἡδη νενόσηκε,  
λεγέτω πρὸς ἑαυτόν· ἴδε υγιὴς γέγονας, μηκέτι  
ἀμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τι σοι γένηται· εἰ δὲ  
ἐπιώντες νενόσηκεν, ἐπαθέτω ἑαυτῷ τὸ ἀποσολικὸν  
λόγιον· ὅτι τὸ<sup>5)</sup> χεῖρὸν τῷ Θεῷ εἰς μετάσιοιάν σε<sup>3) Rom. 3, 4, 5.</sup>  
ἀγει. κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετα-  
νόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν. οὐ  
μόνον δὲ τῷ σφίγξῃ τὸ σῶμα παρέσχεν αὐτῷ  
τῆς οἰκείας θεότητος ἀπόδεξιν, ἀλλὰ καὶ τῷ  
εἰπεῖν· μηκέτι ἀμάρτανε. καὶ γὰρ ἐδήλωσεν, ὅτι  
πάντα εἶδε, καὶ τὰ ἀπόρρητα.

Vers. 15. Ἀπῆλθεν — υγιῆ. Ἀπῆλθε  
καὶ ἀνήγγειλεν, οὐχ ὡς ἀγνώμαν, ἵνα προδώσει,  
ἀλλ’ ὡς εὐγνώμων, ἵνα ἀνακηρύξῃ τὸν εὔεργέτην.  
ἴκανη γὰρ καὶ ἡ εὐεργεσία καὶ ἡ ἀπελή ἐπισχεῖν  
αὐτόν. καὶ οὐ μόνον ἥδε ἡδη ἀν, ἀλλὰ καὶ ἐφοβή-  
θη, μήτι χεῖρον πάθη, μεγίστην λαβὼν ἀπόδεξιν  
τῆς τοῦ εὔεργέτου δυνάμεως. ἀλλως τε καὶ, εἰ  
προδοῦναι τοῦτον ἐβόλετο, οὐκ ἄν εἴπεν· ὅτι ἱσός  
εἶνι ὁ ποιῶσας με υγιῆ· ἀλλ’ ὅτι ἱσοῦς ἐσιν, ὁ  
εἰπών μοι, ἀρού τὸν κράββατόν σου καὶ περιπά-  
τει. οἱ γὰρ ιούδαιοι μάθειν ἐζήτουν, καὶ τίς ἐποιη-  
σεν αὐτὸν υγιῆ, ἀλλὰ τίς ὁ εἰπών αὐτῷ, ἀρού  
τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει. οὗτος δὲ, τὸ  
δοκοῦν ἔγκλημα σιγήσας, τὴν εὐεργεσίαν ἐδημοσί-  
ευσεν. εὐγνώμων οὖν, καὶ πεπαρέησιασμένος ὁ  
ἄνθρωπος οὗτος, καὶ μέριψεως ἀπάσης ἐκτός.

Vers. 16. Καὶ — σαββαῖτω. Τῷ Φα-  
γούμενῷ μὲν, διὸ τοῦτο τῷ κεκρυμμένῳ δὲ, διὸ  
τὸν Θεόν.

Vers. 17. Ο δὲ ἱσοῦς — ἐργάζομαι.  
Ἐδεξεν<sup>8)</sup> ἑαυτὸν ἴσον τῷ Θεῷ ἐκατέβαθεν, ἀπό-  
τετοῦ εἰπεῖν, πατέρα ἴδιον τὸν Θεόν, καὶ ἀπὸ  
— μη.

illum: ne deinceps tanquam puro homini auscultarent ei, sed tanquam Deo. Itaque, quod dicitur, Ad hoc usque temporis, continuatatem operationis significat.

Quum autem duplex intelligatur Dei operatio: una siquidem significat naturarum ab exordio creationem, altera autem post illam, gubernacionem ac prouidentiam, earumque conseruationem. Primo quidem significato, cessavit die septimo ab omnibus operibus suis; secundo vero semper operatur, creaturam gubernans, prouidens ac conseruans illam. Nec vetat illa lex legislatorem semper operari creaturarum suarum salutem.

Observa autem, quod de Sabbathi solutione variis locis accusatus, interduin quidem tanquam Deus respondet, prout nunc: quandoque vero, tanquam homo: volebat namque, ut crederetur utrumque, puta et sua diuinitas et incarnatione.

† † Sancti Maximi: Deus cum semel, ut ipse nouit, rerum conditarum rationes et naturas ferum in uniuersum constituisset, adhuc operatur, non tantum istarum rerum perdurationem, sed et efficacem creationem et propagationem partium, quae ista praedita sunt facultate. In materia enim, hoc est, in uniuersa rerum essentia, facultatem habent partes per partes ex ista materia factae, quarum generationem deus semper operatur. Praeterea etiam operatur partium ad totum conformatiōnem, hoc est, coniunctionem omnium hominum, secundum ueniam mentis ad bonum motionem, ad naturae rationem, ut fiat, sicut uia et eadem

(9) πάντων, addit. A.

<sup>1)</sup> Haec uerque Codex in margine habet. Henechius non agnoscit. Videror autem plura huiusmodi scholia Maximi propter difficultatem et obscuritatem in interpretatione praetermissae.

τοῦ εἰπεῖν, ἐργάζεθαι, καθὼς ἐκεῖνος, οὐαὶ μηκέτι, ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ, τούτῳ προσέχωσιν, ἀλλὰ καὶ ὡς Θεῷ. τὸ μὲν οὖν ἔως αὕτη, τὸ διηγήκες τῆς ἐργασίας δηλοῦ.

Διττῆς δὲ νοούμενης ἐπὶ θεῷ τῆς ἐργασίας ηὔμεν γὰρ σημαίνει, τὴν κατ' αρχὰς δημιουργίαν τῶν Φύσεων· ηδὲ, τὴν μετ' ἐκείνην οἰκονομίαν καὶ πρόνοιαν καὶ συντήρησιν αὐτῶν· κατὰ μὲν τὸ πρώτον σημανόμενον, κατέπαυσεν ἐν τῇ ήμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ<sup>9</sup>) τῶν ἐργῶν αὐτῶν· κατὰ δὲ τὸ δεύτερον αἱ ἐργάζεται, οἰκονομῶν τὴν κτίσιν καὶ προνοούμενος καὶ συνέχων αὐτὴν, καὶ νόμος ὁδεῖς καλύει· τὸν νομοθέτην ἐργάζεθαι πάντοτε τὴν σωτηρίαν τῶν κτισμάτων αὐτοῦ.

Παρατήρησον δὲ, ὅτι διαφόρες περὶ τῆς τοῦ σαββάτου λύσεως ἐγκαλέμενος, ποτὲ μὲν, Θεοπρεπῶς ἀπολογεῖται, καθάπερ καὶ νῦν· ποτὲ δὲ, ἀνθρωποπρεπῶς. ἑβάλετο γὰρ ἀμφότερα πιεύεθαι, καὶ τὴν θεότητα αὐτῶν, καὶ τὴν ἐνανθρώπων.

[Τοῦ αἰγίου<sup>1)</sup>) μαξίμου· τὸς μὲν πράτους τῶν γεγονότων λόγγος ὁ Θεὸς, καὶ τὰς καθόλες τῶν ὄντων ὅσιας, ἀπαξ, ὡς οἶδε, συμπληρώσας, ἔτι ἐργάζεται, καὶ μόνον τὴν τούτων αὐτῶν πρὸς τὸ ἔνακτην συντήρησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατ' ἐνέργειαν δημιουργίαν τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμεις μερῶν. ἐν γὰρ, τῇ ὕλῃ, τοτέσι, τῇ καθόλες τῶν ὄντων ὅσια, δυνάμεις ὑπαρχουσι ταῖς κατὰ μέρος, ἐκ τῆς ὕλης<sup>2)</sup>) γινόμεναι μερικὰ, ὃν τὴν γένεσιν αἱ ὁ Θεὸς ἐργάζεται. ἔτι μὴν ἐργάζεται καὶ τὴν πρὸς τὰς καθόλες τῶν μερικῶν ἔξομοιῶσιν, λέγω δὴ, τὴν πάντων ἀνθρώπων, κατὰ μίαν τῆς γνώμης ἐπὶ τοῖς καλλὰ κίνησιν, πρὸς τὸν λόγον τῆς Φύσεως ἐνωσιν, οἷς γένηται πάντων, ὥσπερ μία καὶ οὐ αὐτὴ Φύ-

eadem natura; ita et una sententia, consentiens et eodem directa, omnibus et deo et sibi inuicem iunctis, per diuinam prouidentiam.

Vers. 18. *Propter hoc — deo.* Dicens enim, Pater meus, legitimum se ostendebat: legitimus autem filius aequalis est patri, quoad substantiam et naturam.

Vers. 19. *Respondit — facientem.* Quia sublimia de seipso dicens persequutionem sustinebat, quod illi ad eorum, quae dicebantur, celsitudinem peruenire non possent, sed tanquam Deo contrarium eum persequerentur, condescendit imbecillitati mentis illorum, et humilia dispensatiue de se loquitur, ut per haec facile suscipiентur: deinde rursus ad sublimia sermonem reducit, et iterum hunc ad humilia demittit: rursumque ad id, quod sublimius est, denuo ad id, quod humilius: et ita per sublimia simul et humilia verba, tum aequalitatem demonstrantia, tum minoritatem demonstrare apparentia, suum texit sermonem, atque hunc iudicio dispensat, ut et qui mente sunt acutiores ac benigni, sumant a sublimibus intellectum conuenientem etiam de humilibus: et qui obtusiores sunt aut insulsi, ab humilibus consolationem accipient, et quasi de homine haec intelligentes, non turbentur.

Veruntamen quanquam verba sint humilia, hoc etiam modo sub his excelsae occultantur sententiae: et verbis quidem causam tradere videtur aduersariis, sensibus vero nequaquam. Quid ergo nunc dicit? Non potest filius a se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem: his quidem, qui sunt intellectu crassiores, potentiae minorationem p[ro]ae se fert hic sermo, propter dictam dispensationem: subtilibus autem aequalitatem pos-

εις, θτω καὶ γνώμη μία, σύμφωνός τε καὶ ταυ-  
τοκίνητος, θεῷ τε καὶ ἀλλήλοις συναφθέντων,  
διὰ τῆς προνοίας αὐτῆς.]

Vers. 18. Διὰ τοῦτο — θεῷ. Λέγων  
γάρ, ὅτι ὁ πατήρ μου, τὸ γυνήσιον ἐνέφαμεν ὁ  
δὲ γυνήσιος υἱός, ὃς τῷ πατρὶ κατ’ οὐσίαν καὶ φύσιν.

Vers. 19. Απεκρίνατο — ποιῶντα.  
Ἐπειδήπερ, ὑψηλὰ περὶ ἔαυτῆς λέγων, ἐδιώκετο,  
μὴ δυναμένων ἐκείνων ἐφικέδαμ τοῦ ὑψες τῶν λε-  
γομένων, ἀλλ’ ὡς ἀντίθεον αὐτὸν διωκόντων,  
συγκαταβάνει τῇ ἀδενέᾳ τῆς διάνοίας αὐτῶν,  
καὶ ταπεινὰ φθέγγεται κατ’ οἰκονομίαν, ἵνα εὐ-  
παράδεκτος αὐτοῖς γένηται. Εἴτα πάλιν ἐπὶ τὰ  
ὑψηλὰ τὸν λόγον ἀνάγει, καὶ αὖθις ἐπὶ τὰ τα-  
πεινὰ τῆτον κατάγει· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ ὑψηλό-  
τερον, καὶ αὖθις ἐπὶ τὸ ταπεινότερον· καὶ θτω δὶ<sup>1</sup>  
ὑψηλῶν ὁμοῦ καὶ ταπεινῶν ἔημάτων, τῶν μὲν  
ἰσότητα ἐμφανόντων, τῶν δὲ ἐλάττωσιν ἐμφαί-  
νειν δοκούντων, ὑφαίνει τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ οἰ-  
κονομεῖ τοῦτον ἐν<sup>3</sup>) κρίσει, ὥστε τοὺς μὲν ὀξυτέρους  
τὴν διάνοιαν καὶ εὐγνώμονας, ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν,  
καὶ περὶ τῶν ταπεινῶν τὴν προσήκουσαν ἔννοιαν  
λαμβάνειν τοὺς δὲ ἀμβλυτέρους καὶ αγνώμονας,  
ἀπὸ τῶν ταπεινῶν παραμυθεῖδα, καὶ ὡς περὶ  
ἀνθρώπου ταῦτα νοεῖντας, μὴ ταράττειν.

Πλὴν, εἰ καὶ ταπεινὰ τὰ ἔηματα, ἀλλὰ  
καὶ οὔτως ὑψηλὰ τὰ ὑποκεκρυμμένα<sup>4</sup>) τούτοις  
νοῆματα· καὶ ταῖς μὲν λέξεσι καθιυφίησι· τοῖς δὲ  
νοῆμασιν, ψδαμῶς. τί οὖν φησιν; ὃ δύναται ὁ  
υἱὸς ποιεῖν αὐτῷ ἔαυτοῦ ὅδεν, ἐάν μήτι βλέπῃ τὸν  
πατέρα ποιοῦντα. τοῖς μὲν παχύτερον νοεῖσιν,  
ἐλάττωσιν δυνάμεως ὁ λόγος προφαίνει, διὰ τὴν  
ρηθεῖσαν οἰκονομίαν· τοῖς δὲ λεπτότερον, ισότη-

M 4

τοι

<sup>3)</sup> i. e. εὐλόγως.<sup>4)</sup> ἀποκεκρυμμένα. B.

tius et identitatem, propter veritatem. Non potest enim, non ob potentiae defectum, sed propter inseparabilitatem: nam impossibile est, filium quicquam facere, quod non facit pater: quia non est alia filio potentia ab ea, quae patris est, sed eadem: quod si eadem est, aequalis certe filius est patri.

Ait autem Gregorius Theologus, quod earundem rerum formas intelligentes praebet pater, filius vero perficit, non tanquam seruus aut insipiens, sed tanquam dominus ac prudens, et ut magis proprius dicatur, modo paterno, siue iuxta patris dominium ac scientiam.

Propter praedicta ergo dictum est, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem. Quod si non propter haec, quomodo potentia non potest? aut quomodo sapientiae est opus praceptorum? quomodo etiam omnia per ipsum facta sunt? siue quo pacto etiam hominibus non erit imbecillior, qui multa a seipsis faciunt? Nam et virtutem a nobisipsis eligimus et vitium. Multa quoque variis ex locis consequentur absurdia.

De praedicto sane verbo subtilius disputauit Gregorius Theologus sexto secundi libri capite.

Vers. 19. *Quaecunque — facit.* Rursum ab humilibus transit ad sublimia, ut praedictum est: nam si quaecunque ille fecerit, haec filius

*5) ἀνεγχέιρητον.* B. Utrumque dici potest. Sed *ἀνεγχέιρητον* est, quod quis non suscipiat, quod aliqua de causa non euentum habeat aut factu indignum sit: *ἀνεγχώρητον*, quod fieri non possit. Redit ergo sene eodem. Sed probō *ἀνεγχώρητον*, propter proximum *ἀγέγδεκτον*. Ita quoque Hentenius videtur reperisse. Sed male reddidit *in-*  
*sept;*

ταὶ μᾶλλον οὐκ ταυτότητα, διὰ τὴν ἀλήθειαν.  
οὐ δύναται γάρ, ὃ κατ’ ἔλλειψιν δυνάμεως, ἀλλὰ  
κατὰ τὸ<sup>5)</sup> αὐτογχώρητον αὐνένδεκτον γάρ ποι-  
εῖν τι τὸν υἱὸν, ὃν ὃ ποιεῖ ὁ πατήρ, διότι οὐκ ἔσι-  
τῷ υἱῷ δύναμις ίδία παρὰ τὴν τῷ πατρὸς, ἀλλ’  
ἡ αὐτῆς εἰς δὲ ή αὐτῇ, οὗτος ἀρετὴ ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ.

Φησὶ δὲ ὁ Θεολόγος<sup>6)</sup> γρηγόριος, ὅτι τῶν αὐ-  
τῶν πραγμάτων τὸς τύπος ἐνσημαίνεται μὲν ὁ  
πατήρ, ἐπιτελεῖ δὲ ὁ υἱὸς, ὃ διλικῆς, ωδὲ αἵμα-  
θῶς, ἀλλ’ ἐπιτημονικῶς τε γάρ θεσποτικῶς, καὶ  
οἰκειότερον εἰπεῖν, πνευματικῶς, ἥτοι κατὰ τὴν  
τῷ πατρὸς ἐπιτήμην καὶ θεσποτείαν.

Διὰ τὰ διηδέντα δὲν εἴρηται, τὸ δὲν δύναται ὁ  
υἱὸς ποιεῖν αὐτὸν εἰσυτῷ δὲν, εἰὰν μήτι βλέπῃ τὸν  
πατέρα ποιεῦτα. εἰ γάρ μή διὰ ταῦτα, πῶς η  
δύναμις δὲν δύναται, η πῶς η σοφία δεῖται δίδα-  
σκάλου, η πῶς πάντα δι αὐτῷ ἐγένετο, η πῶς  
δὲν καὶ τῶν αὐτῷ παντων αὐθεντεῖται εἶσαι, τῶν πολλῶν  
ποιεύντων αὐτὸν εἰσυτῶν; καὶ γάρ καὶ αἴρεται αὐτὸν  
εἰσυτῶν αἰρέμεθα, καὶ κακίαν, καὶ πολλὰ πολ-  
λαχόθεν αἴτοπα ἐπακολούθησεν.

Περὶ μέντοι τῷ δηλωθέντος δητῷ λεπτομερέ-  
σερον διέλαβεν ὁ Θεολόγος γρηγόριος ἐν τῷ ἔκτῳ  
κεφαλαίῳ τῷ περὶ υἱῷ δευτέρῳ λόγῳ.

Vers. 19. Ἀ — ποιεῖ. Ἀπὸ τῶν ταπε-  
νῶν ἐπὶ τὰ υψηλὰ μετέβη πάλιν, ὡς προδεδήλω-  
ται. εἰ γάρ, ἀ ἀν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ  
M 5. υἱὸς

*separabilitatem.* Minus enim probabile est, il-  
lum legisse αὐχώριστον. Οὐκ ἐγχωρεῖ, fieri ne-  
quit, satis notum est. Ἀνεγχώρητος autem habet  
Gregor. Naz. p. 215. fin. quem locum fortasse in  
mente habuit Euthymius. Ibi sic: οὔτως ἀδύνα-  
τον καὶ αὐεγχώρητον ποιεῖν τι τὸν υἱὸν, δο οὐ ποιεῖ  
ὁ πατήρ. Supra ad Luc. 16, 26, est αὐτοιχε-  
ρητος.

<sup>6)</sup> Gregor, Naz. p. 216, init.

filius similiter facit; utique hic aequalis est illi. Praeponitur autem non vulgi modo dictio similiter, sed ut discamus, quod cum aequali scientia et dominio facit, ut praedictum est.

**Vers. 20. *Pater — facit.*** Iterum a sublimibus ad humilia descendit: Diligit autem filium, non solum tanquam unigenitum, sed etiam tanquam eadem faciente, et nihil, quod pater nolit, operantem. Neque vero superius dictio nem Viderit, de filio: neque hoc in loco dictio nem Demonstrat, de patre, humano modo intelligere oportet, sed diuino et supernaturali. Neque enim filius videt, sicut discipulus, neque pater demonstrat, sicut praceptor: sed hic quidem demonstrat, sicut mens, quae formas earundem rerum intelligendas praebet: ille autem videt, sicut sermo, qui ea, quae ad intelligendum data sunt, perficit: et ita eis communes sunt omnes diuinæ res et causæ.

**Vers. 20. *Et — admiremini.*** Nam quia paralytiei membra confirmauerat, magnum quidem erat, quod factum erat: sed etiam mortuum excitaturus erat, et ideo ait, quod etiam maiora his demonstrabit ei opera, ut vos amplius admiremini, et ad credendum adducamini.

**Vers. 21. *Sicut — vivificat.*** Ab humilibus rursus ascendit ad sublimia. Nam si, ut ille, ita et hic, quos vult, vivificat, aequalis utique potentiae filius est cum patre. Vivificare itaque sicut pater, potentiae docet aequalitatem: quod autem additur, Quos vult, autoritatis immutabilitatem. Verum si et potest, et autoritatem habet, quomodo non potest filius a se facere quicquam?

Non

νίος ὄμοιως ποιεῖ, οὗτος ἀρα ἔτος ἐκείνῳ. τὸ δὲ ὄμοιως πρόσκειται, ὡς ἀπλῶς, ἀλλ' ἵνα μάθω-  
μεν, ὅτι μετὰ τῆς ισης ἐπιτήμης καὶ δεσποτείας,  
ώς προείρηται.

Vers. 20. Ὁ γὰρ πατὴρ — ποιεῖ. Πά-  
λιν ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν ἐπὶ τὰ ταπεινὰ μετεχώρεσε.  
Φιλεῖ δὲ τὸν υἱὸν, ὃ μόνον, ὡς μονογενῆ, ἀλλὰ  
καὶ, ὡς τὰ αὐτὰ ποιῶντα, καὶ μηδὲν ἀθέλητον  
τῷ πατρὶ ἐργαζόμενον. ὅτε δὲ ἀνὼ, ἐπὶ τῇ υἱῷ,  
τῷ Βλέπῃ, ὅτε ἐνταῦθα, ἐπὶ τῷ πατρὶ, τὸ  
δεῖκνυσιν, αἰνθρωπίνως χρὴ νοεῖν, ἀλλὰ θεοπρε-  
πῶς καὶ ὑπερφυῶς. ὅτε γὰρ ὁ υἱὸς Βλέπει, ὡς  
μαθητής, ὅτε ὁ πατὴρ δεῖκνυσιν, ὡς διδάσκαλος  
ἢλλ' ὁ μὲν δεῖκνυσιν, ὡς νῦν τῶν αὐτῶν πραγμά-  
των τὰς τύπους ἐνσημανόμενος· ὁ δὲ Βλέπει, ὡς  
λόγος, ἐπιτελῶν τὰ ἐνσημανθέντα, καὶ οὕτω  
κοινὰ τούτοις πάντα τὰ θεοπρεπῆ πράγματα.

Vers. 20. Καὶ — θαυμάζητε. Ἐπειδὴ  
παράλιτον ἔσφιγξε, καὶ ἦν μέγα τὸ γεγονός,  
ἔμελλε δὲ καὶ νεκρὸν ἐγείρειν, διὸ τότο ἔπειν, ὅτι  
καὶ μείζονα τούτων δεῖξεν αὐτῷ ἐργα, ἵνα ὑμεῖς  
θαυμάζητε μεῖζον, καὶ οὕτως ἐναχθῆτε<sup>7)</sup>) πρὸς  
τὸ πισένειν.

Vers. 21. Ὡσπερ — ζωοποιεῖ. Ἀπὸ<sup>8)</sup>  
τῶν ταπεινῶν μετῆλθεν αὐθὶς ἐπὶ τὰ ὑψηλά. εἰ  
γὰρ, ὥσπερ ἐκεῖνος, ὅτω καὶ οὗτος, ὃς θέλει,  
ζωοποιεῖ, ισοδύναμος ἀρεὶς ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ. τὸ  
μὲν δὲν, ὥσπερ ὁ πατὴρ ζωοποιεῖν, τῆς δυνάμεως  
διδάσκει τὴν ισότητα· τὸ δὲ, ὃς θέλει, τῆς ἐξα-  
σίας τὴν ἀπαραλλαξίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ δύναται,  
καὶ ἐξασίαν ἔχει, πῶς ὃ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖ  
ἀφ' ἑαυτῷ δέν; ὃ δύναται δὲν χωρὶς τῷ πατρὶ,

διότι,

7) ἀναχθῆτε. A. Vtrumque probum. Ex Hente-  
nio nihil licet colligere.

Non potest ergo sine patre, quia una et eadem est ipsis potentia et voluntas.

Verf. 22. *Neque — v. 23. patrem.* A sublimibus iterum descendit ad humilia. Et hic ergo verbum Dedit, intelligendum est prout Deum decet: talia enim, ut diximus, dispensatiue dicit: non solum curans ex hoc imbecillitatem Iudeorum: verum etiam, ut causam videamus; et ne naturalem non esse filium suspicemur, neque in Sabellii morbum decidamus, qui eundem esse patrem et filium ac spiritum sanctum intelligit, et unicam esse sanctae trinitatis personam insane praedicat.

Quando vero dedit iudicium filio? De hoc, quando id fuerit, res est admodum occulta: et quanquam audenter respondere oporteat, quod simul ut hic genitus est: attamen quando hic genitus est? Quando pater genitus non est. Non potest siquidem, non potest, inquam, inueniri temporis, aut seculi alicuius intelligentia, qua ad extremum aliquod peruenire possimus, etiam si maxime vrgeainus.

Iudicium autem omne dedit filio, ut timentes propter hoc, honorent eum, sicut honorant patrem. Et quum Omne dixit, significauit et iudicium puniendi et iudicium honorandi, quos voluerit. Nec tamen patrem iudicandi autoritate priuauit. Nam si omnia, quae habet pater, filii sunt, praeterquam genitum non esse, manifestum est, quod etiam omnia quae habet filius, patris sunt, praeterquam esse genitum. Iudicat ergo filius, approbante quidem patre, cooperante autem et spiritu sancto, veluti sane intelligimus in omnibus eius operibus.

Verum

*οὐ γέννητος γάρ οὐ πατέρι.*

δίότι μία καὶ η αὐτὴ τέτοις δύναμις τε καὶ βέλησις.

Vers. 22. Οὐδὲ. — v. 23. πατέρα. Ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν μετένη πάλιν ἐπὶ τῷ ταπενά. καύταῦθα τοῖνυ τὸ δέδωκε Θεοπρεπῶς. νοητέον. τὰ τοιαῦτα γαρ, καθὼς εἰρήκαμεν, οἰκουμενᾶς λέγει, ὃ μόνον ἐντεῦθεν Θεραπέουσι τὴν αἰδένειαν τῶν ιουδαίων, ἀλλὰ καὶ, ἵνα τὸν αἴτιον εἰδῶμεν, καὶ μη σύγειντον ἔναι τὸν οὐλόβωμεν, μηδ εἰς τὴν σαβελλίου νόσον καταπέσωμεν, τὸν αὐτὸν πατέρα καὶ οὐλόν καὶ ἄγιον πνεῦμα νοῶντος, καὶ ἐν πρόσωπον την αγίαν τριάδα δογματίζοντος ανοητῶς.

Πότε δὲ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ οἷῳ; ὑπὲρ τὸ πότε, η ἀπόκρισις. εἰ δὲ χρή τι καὶ τολμηρῶς ἀπορεῖθῆναι, φάμαστῷ τῷ τέτον γεγεννηθάμ. πότε δὲ αὐτος γεγέννητα; ὅτε ὁ πατήρ ἐγεγένητα. θυμίεσι γαρ, ὃι ἔσιν εὔρεν ἔννοιάν τινα χρόνου η αἰώνος, καθ' ἣν ἐφικέδημ τινὸς ἀκρου δυνηθείη μεν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα βιαζοίμεθα.

Τὴν κρίσιν δὲ πᾶσαν δέδωκε τῷ οἷῳ, ἵνα διὰ τῦτο Φοβεροί, τιμῶσιν αὐτὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. πᾶσαν δὲ εἰπὼν, ἐδῆλωσεν αὖτις τῇ τε τῷ κολάζειν, καὶ τὴν τῷ τιμᾶν, ὃς ἂν ἐθέλῃ. ἐ μὴν ἐξέβαλε τὸν πατέρα τῆς ἔξοσίας τῷ κρίνειν. εἰ γαρ πάντα, ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, τῷ οἷῳ ἔσι, πλὴν αγενητῶν,<sup>8)</sup> πρόδηλον, ὅτι καὶ πάντα, ὅσα ἔχει ὁ οὗτος, τῷ πατέρος ἔσι, πλὴν<sup>9)</sup> γεννήσεως. κρίνει τοῖνυ ὁ οὗτος, εὔδοκεῖτος μὲν τῷ πατέρος, συνεργύζοντος δὲ τῷ αγίου πνεύματος, ὥσπερ ἄρες νοοῦμεν καὶ ἐπὶ πάντων αὐτοῦ τῶν ἔργων.

Χρή

<sup>8)</sup> γενητὸς γαρ ἐ οὗτος.

Verum scire oportet, quod dictiones sic, sicut et similes, in increata quidem trinitate aequalitatem significant, in creatis vero saepius etiam similitudinein, ac partialem quandam assimilationem. Quare autem dedit iudicium filio? Quia hic hominem formauit, perditumque reformauit, ac salutaria dedit praecepta: et ut, qui homo factus est, homines iudicaret: non solum, tanquam Deus, qui hominum nouit naturam, verum etiam, ut homo, qui in ea forma tentatus est. Et quare filius formauit hominem? Quia ipse est sapientia, verbum et potentia patris. Et quare filius et non pater, nec spiritus sanctus humanitatem assumisit? Quia oportebat, ut qui in supernis filius erat, maneret etiam in infernis filius, ne duo essent filii: et quia oportebat etiam creatorem renouare confractam suam creaturam: et quia opus erat, ut rationale per rationem sive verbum liberaretur ab irrationalitatis affectionibus: et quia decebat per immutabilem patris imaginem, eum, qui ad Dei imaginem factus fuerat, eamque mutauerat, ad pristinam reparati dignitatem, ut ita conuenienti modo omnia fierent.

Verum si eum honorauerimus, sicut honoramus et patrem, omnino etiam patrem hunc appellabimus? Nequaquam, sed filium eum scientes, patrem non appellabimus, ne proprietates confundamus: honorabimus tamen, sicut patrem: nam de honore sermo est, non de appellatione. Absusue vero et hunc patrem vocamus, tanquam creatorem et procuratorem ac magistrum nostrum.

Vidisti sapientissimam et admirabilem contexturam sublimium humiliorumque verborum: ut et de

<sup>1)</sup> καὶ, interponit. A.

<sup>2)</sup> τιμήσομεν. B.

Χρήδε γινώσκειν, ὅτι τὸ ὄσπερ, καὶ τὸ καθάριον, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ μὲν τῆς ἀκτίσου τριάδος, τὴν ἰσότητα δηλοῦσιν· ἐπὶ δὲ τῶν κτισῶν πολλάκις, καὶ εἰκασίαν, καὶ ὁμοιότητά τινα μερικήν. διατί δὲ<sup>1)</sup> τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ θύμῳ; διότι ἔτος τὸν ἀνθρωπον ἐπλασε, καὶ Φθαρέντα αὐτέπλασε, καὶ τὰς σωτηρίους ἐντολὰς ἔδωκε, καὶ ἵνα ὁ ἐνανθρωπίσας, κρίνῃ τὰς ἀνθρώπους, μὴ μόνον, ὡς Θεὸς, εἰδὼς τὴν Φύσιν τῶν αὐτρωπών αὐλλακαὶ, ὡς ἀνθρωπος, πεπειραμένος αὐτῆς. καὶ διατί ἐπλασεν ὁ θύμος τὸν ἀνθρωπον; διότι οὐτός ἐσι σοφία καὶ λόγος καὶ δύναμις τῷ πατρός. καὶ διατί ὁ θύμος, ἀλλ ὡς ὁ πατήρ, η τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, ἐνηνθρώπησε; διότι ἔδει τὸν αὐτὸν θύμον, μένειν καὶ κάτω θύμον, ἵνα μὴ δύο ἔσει θύμοι, καὶ διότι ἔδει τὸν δημιουργὸν, αὐτακανίσκυ τὸ συντριβὲν αὐτῷ δημιουργημα, καὶ διότι ἔδει τὸν λογικὸν, διὰ τῷ λόγου ἐλευθερῶσθηναί τῆς ἀλογίας τῶν παθῶν, καὶ διότι πρέπον ἦν διὸ τῆς ἀπαραλλάκτου εἰκόνος τῷ πατρός, τὸν κατ' εἰκόνα θεῷ πεποιημένον καὶ παραλλάξαντα αὐτὴν, εἰς τὸ πρότερον ἐπαναχθῆναι αἴξιαμα, καὶ οὕτω καταλλήλως πάντα γενέθλαι.

Εἰ δὲν τιμήσωμεν<sup>2)</sup> αὐτὸν, καθὼς τιμῶμεν τὸν πατέρα, πάντως καὶ πατέρα τῶν προσαγορεύσομεν;<sup>3)</sup> ὀδαμῶς. ἀλλ ὑῖον αὐτὸν εἰδότες πατέρα μὲν ἐκ ὀνομάσομεν, ἵνα μὴ συγχέωμεν τὰς ἴδιότητας· ὡς τὸν πατέρα δὲ τιμήσομεν<sup>4)</sup> περὶ γὰρ τοῦ ὁ λόγος, & περὶ προσηγορίας. καταχρεωτικῶς δὲ, καὶ πατέρα τοῦτον καλοῦμεν, ὡς ποιητὴν καὶ κηδεμόνα καὶ διδάσκαλον ἡμῶν.

Εἶδες τὴν σεφωτάτην καὶ θαυμασίαν πλοκὴν τῶν ὑψηλῶν ἀμαρτιῶν καὶ ταπεινῶν ἔημάτων· ὥσει καὶ τὸ

<sup>3)</sup> προσαγορεύσωμεν. A.

<sup>4)</sup> τιμήσωμεν. A.

de his, quae tunc facia sunt, sermo facile suscipiatur, et his nullo sint impedimento ea, quae postmodum sient. Nisi enim sese demittens humilia dixisset, quare etiam sublimia attexuisset. Nam qui de se magna dicere debet, quam parua loquutus fuerit, pro excusatione habet dispensationem: siquidem dispensatorie hoc facit? Quem vero parua dicere conuenit, quam ob causam magna loquitur? non enim dispensationis hoc est, sed extremae arrogantiae. Quod si etiam minor erat filius, sicut Ariani nugabantur, quare aequalem patri honorem expetebat? nec tantum expetebat, verum etiam terrorem incutiebat, dicens:

Vers. 23. *Qui — illum.* Qui non honorat, modo quo superius dixit, hoc est, sicut patrem. Addidit autem, *Qui misit illum,* non sibi minorationem significans, sed ora Iudeorum obturans. Propter hoc etiam continue ad patrem refugit, ponens interim et suae naturae nobilitatem. Siue enim omnia secundum sui dignitatem loquutus fuisset, nequaquam suscepissent, existimantes, eum Deo esse contrarium, quum etiam ob pauca huiusmodi verba illum persequerentur, vellentque lapidare: siue omnia sese demittendo loquutus fuisset, habito illorum respectu, multi sane detimentum inde suscepissent. Ideo, ut diximus, miscet ac temperat doctrinam. Ut enim facile reciperetur, non tantum excelsa loquebatur, quantum humilibus permiscebatur. Itaque quum voces humiles reperimus, dispensatorias eas existinemus, vel etiam eius humanitati adaptemus, sicut et excelsas diuinitati.

Vers. 24.

*¶* ye, abest. B.

τοῖς τότε γίνεσθαι τὸν λόγον εὐπαράδεικτον, καὶ τοὺς μετὰ τοῦτο μὴ βλάπτεθαι. εἰ γὰρ μὴ διὸ συγκατάβασιν τὰ ταπεινὰ ἐλέγει, διατί καὶ τὸ ὑψηλὰ προσέπλεκεν; ὁ μὲν γὰρ ὀφείλων μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, ὅταν μικρὰ φθέγγυηται, πρόφασιν ἔχει τὴν οἰκονομίαν· οἰκονομικῶς γὰρ τοῦτο ποιεῖ ὁ δὲ μικρὰ λέγειν ὀφείλων, τίνος ἔνεκεν μεγάλα φθέγγυεται; τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτιν οἰκονομίας, ἀλλ’ ἐσχάτης ἀλαζονείας. εἰ δὲ καὶ ἐλάττων ἦν ὁ ὕιος, ὡς οἱ περὶ τὸν ἄρετον ἐλήρουν, διατί τὴν ἵσην τῷ πατέρι τιμὴν ἀπήγει; καὶ οὐκ ἀπήγει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφόβει, λέγων.

Vers. 23. ‘Ο — αὐτόν. ‘Ο μὴ τιμῶν, ὡς ἔλεγεν ἀνωτέρω, ἥγουν, καθὼς τὸν πατέρα τὸν πέμψαντα δὲ εἶπεν, οὐκ ἐλάττωσιν ἑαυτοῦ ἐμφάνισον, ἀλλὰ τὰ σόματα τῶν ιουδαίων ἐμφράττων. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὸν πατέρα καταφεύγει, τιθεὶς μεταξὺ τὴν οἰκείαν εὐγένειαν. εἴ τε γὰρ πάντα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀξίαν ἐλάλει, οὐκ ἀν παρεδέξαντο, νομίζοντες ἀντίθεον, ὅπου<sup>5</sup>) γε καὶ ἀπὸ βραχέων τοιότων δημάτων ἐδιώξαν αὐτὸν καὶ ἐλιθάσαν· εἴτε πάντα συγκαταβατικῶς ἐφθέγγυετο, ὑφορώμενος αὐτοὺς, πολλοὶ ἀν ἐβλαβῆσαν. διόπερ, ὡς εἰρήκαμεν, ἀναμίγνυστι καὶ κιρινᾶ τὴν διδασκαλίαν. πρὸς γὰρ τὸ εὐπαράδεικτον γενέθλιον αὐτὴν, οὐ τοσοῦτον τὰ ὑψηλά, ὅσον τὰ ταπεινὰ συνεβάλλετο. λοιπὸν οὖν, ὅταν εὑρίσκωμεν ταπεινὰς φωκᾶς, οἰκονομικῶς αὐτὰς λογιζόμεθα, ἢ καὶ τῇ ἀνθερωπότητι αὐτοῦ ταύτας προσάπτωμεν, ὥσπερ καὶ τὰς ὑψηλὰς, τῇ θεότητι.

Vers. 24. *Amen — aeternam.* Rursum dispensatorie loquitur: Nequè enim dixit, Et credit mihi, ne gloriari videretur. (†† Sed qui me misit, ne videatur a se ipso loqui, sed ab eo, qui ipsum misit, ut ita credant sermoni eius, credentes per eum ei, qui ipsum misit. Vides, quam utile sit sublimibus dicere humiliter.)

Vers. 24. *Et — veniet.* (†† In condemnationem poenae. Qui enim credit sermoni eius, profecto eum etiam obseruabit. Relinquitur ergo, ut, qui eum non obseruet, ei nec credit. Perhorrescamus ergo nos, qui praecepta dei non seruamus. Cum infidelibus enim collocabimur. Quaere vero etiam tertio capite istud: Qui in eum credit, non iudicatur.)

Vers. 24. *Sed — vitam.* (†† Mortem dicit non eam, quae hic est, sed quae ibi, id est, poenam. Sicut etiam vitam, fruitionem, quae ibi est. Transgressus enim ab incredulitate ad fidem, transiit reliquum etiam ab poena incredulorum ad fruitionem fidelium.)

Vers. 25. *Amen — vivent.* (†† Cum superius dixisset: Quemadmodum pater suscitat mortuos et viuiscitat: ita et filius, quos vult, viuiscat: ne videretur gloriari,) promittit nunc, quod non

7) Hic et in proximis scholiis defectu laborat interpretatio Hentenii. Hunc defectum hic in textu Graeco his signis [ ] notaui.

7) Ab ἀλλὰ ad finem scholii defant apud Hentenium. Eorum vero loco legitur: *Non solum autem hic, sed in sequentibus quoque frequenter inueniemus, quo patto et metu, et promissione, ut sibi credatur, admoneat.*

8) μηδέξῃ αὐτόν. A.

9) ταπεινόν. B.

Vers. 24. Ἀμὴν — αἰώνιον. Πάλιν οἱ κονομικῶς φησιν. οὐκ εἶπε γὰρ, καὶ πιστῶν ἔμοι, ἵνα μὴ δόξῃ κομπάζειν.<sup>5)</sup> [ἀλλὰ<sup>7)</sup> τῷ πέμψατί με, ἵνα<sup>8)</sup> δόξῃ μὴ αἴρει τὸ τέλος λέγειν, ἀλλὰ ἀπὸ τῷ πέμψαντος αὐτοῦ, καὶ οὕτω πιστεύσωσι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, ὡς δι αὐτοῦ τῷ πέμψαντι αὐτοῦ πιστεύουσιν. ὄρας; πῶς τὸ<sup>9)</sup> ταπεινὰ λέγειν, λυσιτελεῖ τοῖς υψηλοῖς.

Vers. 24. Καὶ — ἔρχεται. Εἰς<sup>1)</sup> κατάκρισιν κολάσεως. ὁ γὰρ πιστῶν τῷ λόγῳ αὐτοῦ, πάντως καὶ τηρεῖ αὐτον· λοιπὸν οὖν, ὁ μὴ τηρῶν αὐτὸν, ἢ πιστεύει αὐτῷ. Φρίξωμεν οἱ μὴ Φυλάσσοντες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. μετὰ τῶν ἀπικιών γὰρ τετάγμεθα. ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τὸ, ὃ<sup>t)</sup> πιστῶν εἰς αὐτὸν, ἢ πείνεται. <sup>et)</sup> Io. 3, 18.

Vers. 24. Ἀλλὰ — ζωὴν. Θάνατον, <sup>et tōn</sup><sup>2)</sup> ἐνταῦθά φησιν, ἀλλὰ τὸν ἐκεῖ, τούτεσι τὴν κόλασιν. ὥσπερ καὶ ζωὴν, τὴν ἀπόλαυσιν τὴν ἐκεῖ. μεταβάτες γὰρ ἀπὸ τῆς ἀπικίσεως εἰς τὴν πίσιν, μεταβέβηκε λοιπὸν καὶ ἀπὸ τῆς κολάσεως τῶν ἀπικιών ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν πιστῶν.

Vers. 25. Ἀμὴν — ζήσονται. Εἰπὼν ἀνωτέρω, ὅτι ὥσπερ<sup>3)</sup> ὁ πατὴρ ἐγέίρει τὸν νεκρὸν<sup>4)</sup> Io. 4, 21, καὶ ζωοποιεῖ, <sup>et</sup>τῷ καὶ ὁ νίος, <sup>et</sup>τὸς Θέλει, ζωοποιεῖ<sup>5)</sup> ἵνα μὴ δόξῃ κομπάζειν,<sup>6)</sup>] ἐπαγγέλλεται νῦν

N 2 . . . . . οὐκ

<sup>1)</sup> Hoc toto scholio caret Hentenius. Eius loco autem subiiciuntur haēc: Non condemnabitur in iudicio, nec punietur. Non negat autem, quin morituri sint credentes, sed de morte loquitur perpetua, similiter et de vita aeterna.

<sup>2)</sup> Etiam hoc scholio caret Hentenius.

<sup>3)</sup> Hic rursus incipit conuenire Hentenius. Scriba ergo eius saltum fecerat ab ηουπάζειν ad ηουπάζειν, deinde vero, errore animaduerso, alia interposuit.

† Qui propter daemonum terrorem in sublimitate diuinarum contemplationum firmiter confirmantur: et sensus ad modum ostiorum claudunt: ignoto modo accedente[m] excipiunt diuinum sermonem, absque sensitua operatione eis apparentem: et pacis quidem nomine immobilitatem ad affectus tribuentem; insufflationis vero, gratias spiritus sancti, ac mysteriorum suorum signa demonstrantem.

Vers. 24. *Thomias — Iesus.* Verisimile enim est, eum a tempore, quo dispersi fuerant discipuli, ac relicto praceptor[em] fugerant, nondum cum illis conuenisse.

† Quanquam aberat Thomas, tamen per fratres Apostolor[um] particeps et ipse fuit gratiae insufflati in illos spiritus sancti, sicut ait diuus Cyrillus. Quidam tamen dicunt, quod postmodum, postquam vidit

<sup>2)</sup> Ex Hentenio suspicio mihi oritur, illum legisse περισέλλων, id est, παρασκευάζων, εύτροπίζων, συγηροτῶν.

<sup>3)</sup> προτβάλλει. A. Neutrum placet. Forte περιβάλλει.

λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ ἀλλὰ τότε μὲν ὑπέσχετο αὐτοῖς τότο, νῦν δὲ δίδωσι.

Ζήτησον δὲ περὶ τὰ μέσα τῷ ἐνάτου κεφαλίῳ τῷ παρόντος εὐαγγελισοῦ τό· οὐπώ<sup>1)</sup>) γὰρ h) Io. 7, 39. ἦν πνεῦμα ἄγιον, ὅτι ἡτοῦς ὀδέπτω ἐδοξάθη, καὶ ἀνέγνωθι τὴν ὅλην ἐξήγησιν αὐτῶν.

Ἐνεφύσησε μὲν οὖν, ὡς πηγὴ χαρισμάτων, καὶ ἵνα μάθωμεν καύτεῦθεν, ὅτι αὐτὸς ἐσιν ὁ καὶ τὸ πρῶτον καὶ ζωτικὸν ἐμφύσημα ἐμφυσήσας τῷ ἀδάμ.] κράτησιν δὲ νόει, τὴν δῆσιν, τὴν ἀσυγχωρησίαν. καθάπερ οὖν Βασιλεὺς, σρατηγούς<sup>2)</sup> ἀποζέλλων, ὅτῳ τοὺς μαδητὰς<sup>3)</sup> παραβάλλει πρὸ πάντων τῇ τοιαύτῃ δυνάμει.

[Οἱ<sup>4)</sup> διὰ τὸν φόβον τῶν δαιμόνων ἐν τῷ ὑψει τῶν θείων θεωρημάτων ἀσφαλῶς Βεβηκότες, καὶ, θυρῶν δίκην, τὰς αἰδήσεις μύσαντες, παραγνόμενον ἀγνώστως δέχονται τὸν τῷ θεῷ λόγον, ἀνευ τῆς κατ' αἰδησιν ἐνεργείας ἐπιφανόμενον αὐτοῖς, καὶ δωρούμενον ἀπάθειαν μὲν, διὰ τῆς εἰρήνης, πνεύματος δὲ ἄγιου χάριν, διὰ τῆς ἐμπνεύσεως, καὶ δεικνύοντα τὰ σύμβολα τῶν μυστηρίων αὐτῷ.]

Vers. 24. Θωμᾶς — ἡτοῦς. Ἔκος γὰρ, αὐτὸν μετὰ τὸ διατηρηπιθῆναι τοὺς μαδητὰς, ἀφέντας τὸν διδάσκαλον καὶ φυγόντας, μήπω συνελθεῖν αὐτοῖς.

[Ἐι καὶ ἀπῆν ὁ θωμᾶς, ὅμως διὰ τῶν ἀδελφῶν<sup>5)</sup> τῶν ἀποσόλων μετέλαβε καὶ αὐτὸς τῆς χάριτος τῷ ἐμφυσηθέντος αὐτοῖς ἄγιου πνεύματος, ὡς ἐν ἄγιοῖς Κύριλλος<sup>6)</sup> εἶρηκε. τινὲς δὲ λέγου-

4) Haec uterque in margine exhibet.

5) τῶν, abest. A.

6) Tom. IV. p. 1100. A. p. 1101. A.

vidit manus ac latus saluatoris, et circa resurrectionem credidit: tunc accepit et ipse huiusmodi gratiam, ut in nullo horum inferior esset coapostolis.

Vers. 25. *Dixerunt — dominum.* Dixerunt ei, quum ad eos venisset.

Vers. 25. *Ille — credam.* Quemadmodum vulgi more ac temere credere, leuitatis est: ita quoque ultra modum sciscitari, ac nimis curiose indagare, crassae mentis est. Propterea etiam Thomas arguitur. Nam, quum fide digni essent condiscipuli, remque confirmarent, non credidit: non tantum fidem illis non praestans, quantum impossibilem ducens hanc resurrectionem. Siquidem ipse eum videre quaerit: nec id tantum, sed et vestigium clauorum: neque haec tenus sifit curiositas, sed et mittere digitum in vestigium clavorum, manumque in latus eius, ne forte phantasma esset. Audierat enim, ut appareat, a condiscipulis, quod manus ac latus suum eis ostendisset. Tactum itaque fide digniore dicit asperlu.

Vers. 26. *Et — eis.* Intus, in diuersorio, ubi erant congregati.

Vers. 26. *Venit — clavis.* Venit certiori redditurus eum, qui non credebat: et neque unum despicit, licet mente crassior esset caeteris. Et quare non tunc fecit illum certiorem, quum Thomas praedicta requirebat, sed post dies octo.<sup>7)</sup> Ut inferni a condiscipulis instructus, facilius persuaderi posset ad fidem.

Vers. 26.

7) Inclusa Codex vterque in margine habet.

8) dē, interponit. A.

9) Inclusa absunt. A.

10) γίνηται. A.

λέγουσιν, ὅτι ὑπερον, μετὰ τὸ ιδεῖν τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν τῷ σωτῆρος, καὶ πιεῦσαι περὶ τῆς ἀνασάσεως, ἐλαβε καὶ αὐτὸς τὴν τοιάύτην χάριν, ἵνα μηδὲν τούτῳ λείπηται τῶν<sup>7)</sup> συναποσόλων.]

Vers. 25. Ἐλεγον — κύριον. Ἐλεγον<sup>8)</sup> αὐτῷ, ἐλθόντι πρὸς αὐτούς,

Vers. 25. Ο — πιεύσω. Ωσπερ τὸ ἀπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε πιεύειν, εὐκολίας ἔσιν· οὐτω καὶ το πέρα τῷ μέτρῳ περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῦν παχυτάτης διανοίας ἔστι. διὸ τῷτο καὶ ὁ Θωμᾶς ἐγκαλεῖται τοῖς γὰρ συμμαθηταῖς, αἴξιοπίστοις θύσι, καὶ διαβεβαίουμένοις, οὐκ ἐπιτίευσεν· οὐ τοσοῦτον ἐκείνοις ἀπιτῶν, ὅσον αἰδύνατον τὴν ἀνάτασιν ταύτην νομίζων. ζητεῖ γὰρ αὐτὸς ιδεῖν αὐτὸν, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν τύπον τῶν ἥλων· καὶ οὐ μέχρι τούτων ἴησι τὸ περιεργόν, ἀλλὰ καὶ Βαλεῖν τὸν δάκτυλον εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ τὴν χεῖρα εἰς τὴν πλευρὰν αὐτῷ, μήποτε Φάσμα εἴη. μεμάθηκε γὰρ, ὡς ἔστι, παρὰ τῶν συμμαθητῶν, ὅτι ἐδείξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτῷ. τὴν ἀφήνη οὖν πιεστέραν πιεῖται τῆς ὄψεως.

Vers. 26. Καὶ — αὐτῶν. Εσω τῷ καταγωγίου αὐτῶν, ὅπου συνήγοντο.

Vers. 26. Ἐρχεται — κεκλεισμένων. Ἐρχεται πληροφόρησιν τὸν αἱρεσοῦντα, [καὶ<sup>9)</sup> εὖδε τὸν ἔνα περιορᾶ, καίτοι τῶν ἀλλῶν ὄντω παχύτερον εἰς διάστασιν.] καὶ τίνος ἔνεκεν οὐχ, ὅτε ἐζήτησε τὰ ἁηθέντα ὁ Θωμᾶς, τότε τεῦτον ἐπληροφόρησεν, ἀλλὰ μεθ' ἡμέρας ὥκτω; ἵνα ἐν τῷ μέσῳ κατηχούμενος ὑπὸ τῶν μαθητῶν εὐπειθέσερος πρὸς πίσιν<sup>10)</sup> γένηται.

Vers. 26. *Et — vobis.* Sicut et prius. Rursum enim omnia facit, quaecunque eo absente fecerat.

Vers. 27. *Deinde — meum.* Quum nihil Thomas diceret, anticipat eum, praebens, quae ille petierat, ac ostendens, quod etiam tunc praefens fuerit et audierit, tanquam Deus, quum haec ille loquebatur. Siquidem eisdem quoque usus est verbis.

Vers. 27. *Et — fidelis.* Indignatus hoc dicit, quasi non ex diligentia, sed ex incredulitate contradixerit.

Vers. 28. *Et — meus.* Videns in manibus eius vestigium clauorum, et latus ipsius aperatum, continuo credidit, non expectans, dum contrectasset.

Vers. 29. *Dicit — crediderunt.* Quum enim Petrus et Iohannes nondum eum vidissent, a linteaminibus tamen ac sudario resurrexisse crediderunt. Alii quoque discipuli, quum postmodum Petrus eum vidisset, illisque renunciasset, nondum videntes crediderunt. Inuenierunt, inquit, Lucas, congregatos undecim et eos, qui cum illis erant, dicentes, Surrexit dominus vere, et visus est a Simonem.

Et quomodo dicit idem euangelista, quod dum apparuit eis, expauefacti et conterriti existimabant spiritum se videre, et caetera? et quod adhuc illis non credentibus prægaudio, et admirantibus dixit eis, Habetis hic aliquid edulii, et caetera? Quia tunc haec passi sunt, non quod eum resurrexisse non crederent, sed quod dubitarent, utrum

<sup>2)</sup> Inclusa absunt. A.

<sup>3)</sup> Etiam haec absunt. A.

Vers. 26. Καὶ — ύμῖν. [“Ωσπερ<sup>2</sup>)  
καὶ πρότερον. πάντα γὰρ ποιεῖ πάλιν, ὅσα καὶ  
ἀπόντος αὐτῷ πεποίηκεν.]

Vers. 27. Εἶτα — μζ. Μηδὲν εἰπόντος  
τῷ Θωμᾷ, προλαβὼν βάνει, καὶ ἀπερέζήτει, διδώ-  
σι, δεικνὺς, ὅτι καὶ ὅτε ταῦτα ἔλεγε, παρῆν τε  
καὶ ἤκουεν, ὡς Θεός. [καὶ<sup>3</sup>) γὰρ τοῖς αὐτοῖς  
ἔχερπσατο ἑγμασι.]

Vers. 27. Καὶ — πισός. Μεμφόμενος  
τῷτο φῆσιν, ὡς ἐξ απιστίας, οὐκ ἐξ ακριβείας,  
αντιτείνοντος.

Vers. 28. Καὶ — μζ. Ἰδὼν ἐν ταῖς  
χερσὶν αὐτῷ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ τὴν πλευ-  
ρὰν αὐτῷ νευρύμενην, αὐτῆς ἐπίτευσε, μὴ ἀνα-  
μένας ψηλαφῆσαι. τινὲς δέ Φασιν, ὅτι ψηλα-  
φῆσαις ἐβόησεν, ὁ κύριος μου καὶ ὁ Θεός μου.

Vers. 29. Λέγεται πιτεύσαντες. Ο, τε  
γὰρ πέτρος καὶ ἰωάννης, μήπω ἴδοντες αὐτὸν,  
ὅμως ἀπὸ τῶν ὄθονίων καὶ τῷ σουδαρίῳ ἐπίτευ-  
σαν, ὅτι ἀνέτη, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ μαθηταὶ μετὰ  
τοῦτο, τῷ πέτρου ἴδοντος αὐτὸν καὶ ἀναγγεῖλαν-  
τος αὐτοῖς, μήπω ἴδοντες αὐτὸν, ἐπίτευσαν. εὐ-  
ρον γάρ, Φησιν ὁ λουκᾶς, <sup>i)</sup> συγηθροισμένους τὸς <sup>i)</sup> Luc. 24, 33.  
ἐνδεκαί, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς, λέγοντας Ἄττικέρ-  
θη ὁ κύριος ὅντως, καὶ ὡφέλη σιμωνί.

[Καὶ<sup>4</sup>) πῶς, ὅτε ἐφάνη αὐτοῖς, Φησιν ὁ  
αὐτὸς εὐαγγελιστής. ὅτι<sup>5)</sup> πτοηθέντες καὶ ἐμφόροι<sup>6)</sup> <sup>k)</sup> Luc. 24, 37.  
βοι γενόμενοι, ἐδόκουν πιεῦμαι θεωρεῖν, καὶ ταὶ  
ἔξης· οὐά· ὅτι<sup>7)</sup> ἔτι ἀπισούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς <sup>l)</sup> Luc. 24, 41.  
χαρᾶς καὶ θαυμαζέντων, ἐπει αὐτοῖς ἔχετε  
τι βερώσιμον ἐνθάδε, καὶ τὰ λοιπά; διότι ταῦτα  
τότε πεπόνθασι, εἰ απισούντες, ὅτι ἀνέτη,  
αλλ'

ipse esset, qui eis apparebat: ac diligentius considerarent.

Comprehendit autem beatitudo haec etiam illos, qui per praedicationem credunt. Quum ergo dicit aliquis, Beati, qui temporibus illis fuerunt, ac Christum viderunt: consideret, quod Beati, qui non viderunt et crediderunt,

Sed quomodo corpus incorruptibile vestigia habebat plagarum, ac tactui subiacebat? Quomodo? Supernaturaliter et dispensatore: edebat siquidem ac bibebat ad maiorem discipulorum certitudinem.

Vers. 30. *Multa — hoc.* De his omnino loquitur, quae post resurrectionem facta sunt: propterea namque dixit, in conspectu discipulorum suorum. Quemadmodum enim ante resurrectionem plurima fieri oportuit, ut crederent, eum esse filium Dei: ita et post resurrectionem, ut certiores fierent, quod resurrexisset.

Aut etiam sermo communis est: et de his loquens, quae ante resurrectionem, et de his, quae post eam facta sunt.

Vers. 31. *Haec — Dei.* Non, inquit, ad ambitionem haec scripsimus: ita enim et alia scripsissimus, quum multa essent: sed ad solam necessitatem, ut credatis, quod hic Iesus est Christus filius Dei, qui a prophetis annunciatus est.

Vers. 31. *Et — eius.* Hoc est, per eum: nam ipse vita est: vitam, inquam, sempiternam habeatis.

ἀλλ᾽ ἀμφιβάλλοντες, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ Φαινόμενος αὐτοῖς, καὶ ἀκριβολογούμενος.]

Συμπαραλαμβάνει δὲ ὁ μάκαρισμὸς καὶ τὸς διὰ τὴν κηρύγματος πισεύοντας. ὅταν δὲ τις λέγῃ, μακάριοι οἱ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ζόντες, καὶ ιδόντες τὸν χριστὸν, ἐννοείτω, ὅτι μακάριοι οἱ μὴ ιδόντες καὶ πισεύσαντες.

Ἄλλα πῶς σῶμα ἀφθαρτον, τύπους ἔχει πληγῶν, καὶ ἀφῆ υπέπιπτε; πῶς; υπερφυῶς τε καὶ οἰκονομικῶς. καὶ γάρ καὶ ἐφαγε καὶ ἐπιει, πρὸς πληροφορίαν τῶν μαθητῶν.

Vers. 30. Πολλὰ — τέτω. Τὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν πάντως λέγει. διὰ τοῦτο γάρ εἶπεν, ὅτι ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτῷ. ὥσπερ γάρ πρὸ τῆς ἀνασάσεως ἔδει πολλὰ γενέθλαι, ἵνα πισεύσωσιν, ὅτι οὗτος ἐστιν τὸ θεῖον· δέ τω καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἵνα πληροφορηθῶσιν, ὅτι αὐτός.

Ἡ καὶ κοινὸς ὁ λόγος περὶ τε τῶν πρὸ τῆς ἀνασάσεως, καὶ περὶ τῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν.

Vers. 31. Ταῦτα — θεῖ. Ὁὐ πρὸς φιλοτιμίαν, φησὶν, ἐγράψαμεν· οὐ γάρ αὖ καὶ ἄλλα ἐγράψαμεν, πολλῶν ζόντων· ἀλλὰ πρὸς χρέιαν μόνην, ἵνα πισεύσητε, ὅτι ἡτοῦς οὗτος ἐστιν ὁ χριστός, οὗτος τὸ θεῖον, οὐ πρὸ τῶν προφητῶν καταγγελλόμενος.

Vers. 31. Καὶ — αὐτῷ. Τετέτει,<sup>5)</sup> δι αὐτοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν οὐ ζωὴ· ζωὴν δὲ, αἰώνιον.

<sup>5)</sup> Haec Codex A. ita contrahit, δι αὐτοῦ δὲ δίδοται καὶ ζωὴ αἰώνιος.

## Cap. XXI. v. 1. Postea — Tiberiadis.

**N**eque enim continue cum eis versabatur, ut prius, sed per temporum interualla accedebat. Quod autem dicitur, Manifestauit, et Apparuit; et Vi-  
sus est ac similia, ostendunt, quod iuxta naturam incorruptibilitatis corporis, inuisibilis erat corru-  
ptilibus oculis: verum demittendo se et dispen-  
satorie manifestabatur. Hoc autem mare in Gal-  
laea erat: animo siquidem resumto, eo profe-  
cti sunt.

**Vers. 1.** *Manifestauit autem sic.* Ut nunc  
dicturus est.

**Vers. 2.** *Erant — v. 3. tecum.* Nam, quum  
neque semper cum eis esset Saluator, vt dictum  
est, neque alias aduenisset paracletus, neque per-  
fecte eis couinissa esset praedicatio: quum nihil  
esset, quod agerent, reliquo tempore pescabantur,  
priorem exercentes artem: quanquam non amore  
lucri, vt prius.

**Vers. 3.** *Exierunt ergo — statim.* Quae  
Petri erat, aut filiorum Zebedaei, aut alicuius eo-  
rum, quos nouerant.

**Vers. 3.** *Et — nihil.* Dispensatorie hoc  
factum est, veluti in sequentibus dicemus. Veri-  
simile est autem, alios quoque discipulos terrestri  
itinere fuisse sequitos, sicut ait Chrysostomus, amo-  
ris gratia, vtque spectatores essent, ac probe otium  
collocarent, et simul cum eis pernoctarent.

**Vers. 4.** *Mane — esset.* Fortassis, quod  
splendidiori appareret specie, propter immortalitatem,  
aut dispensatorie ab eis cognitus non est.

**Vers. 5.**

<sup>6)</sup> εφενεωθη. A.

<sup>7)</sup> την, abest. A.

Cap. XXI. v. 1. Μέτας ταῦτα — τίβεριάδος.

<sup>3</sup>Οὐ γὰρ διόλου συνῆν αὐτοῖς, ὡς τὸ πρότερον,  
ἄλλ' ἐκ διάλειμματος ἐπεδήμει. τὸ δὲ ἐφανέρω-  
σε, <sup>6)</sup> καὶ ἐφάνη, καὶ ὠφθη, καὶ τὰ τοιαῦτα,  
ὑποφαίνουσι, ὅτι κατὰ <sup>7)</sup> τὴν Φύσιν τῆς ἀφθαρ-  
σίας τῷ σώματος ἀφανίσῃ οὐ φθαρτοῖς οὐ φθαλ-  
μοῖς συγκαταβατικῶς δὲ καὶ οἰκονομικῶς ἐφανε-  
ργήτο. ή θάλασσα δὲ αὕτη, ἐν τῇ γαλιλαϊᾳ ήν:  
ἀναθαρρήσαντες γὰρ ἀπῆλθον ἐκεῖ.

Vers. 1. Ἐφανέρωσε δὲ οὗτος. Ως ἐρεῖ.

Vers. 2. <sup>3</sup>Ησαν — v. 3. σύ σοι. Μήτε  
γὰρ τῷ σωτῆρός διόλου συνόντος αὐτοῖς, ὡς εργη-  
ταὶ, μήτε τῷ ἄλλου παρακλήτου ἐλθόντος, μή-  
τε τῷ κηρύγματος ἐντελῶς ἐγχειριθέντος αὐτοῖς,  
διδὲν ἔχοντες πράττειν, λοιποὺ ήλιευού, τὴν προ-  
τέραν μετερχόμενοι τέχνην, εἰ καὶ μὴ Φιλοκερ-  
δῶς, ὡς τὸ πρίν.

Vers. 3. <sup>3</sup>Ἐξῆλθον οὖν — εὐθύς. Εἰς  
τὸ τῷ πέτρου, [ἢ τὸ τῶν <sup>8)</sup>] υἱῶν ζεβεδαίου, ή  
τίνος τῶν γρωγίμων.]

Vers. 3. Καὶ — οὐδὲν. Κατ' οἰκονομίαν,  
ὡς ἐργάζονται προϊόντες. εἰκὸς δὲ, καὶ τὸς ἄλλους  
μαδητὰς, ὡς ὁ χρυσόσομος <sup>9)</sup> εἴρηκεν, ἔξω <sup>1)</sup>  
ἀκολουθῶν, χάριν τε αγαπῆς καὶ θέας τὴν  
σχολὴν εὗ διατιθεμένους, καὶ συνδιαγυγτερένεαν  
αὐτοῖς.

Vers. 4. Πρωῖας — ἐπι. <sup>3</sup>Ισως τῷ εἶδε  
αὐτῷ λαμπροτέρου Φανομένου, διὰ τὴν ἀφθαρ-  
σίαν, ή κατ' οἰκονομίαν ἀγνοούμενου αὐτοῖς.

Ss. 5. Vers. 5.

<sup>8)</sup> Omissis, quae hic inclusa sunt, eorum loco tan-  
tum habet πλοῖον. A.

<sup>9)</sup> T. VIII. p. 521. A.

<sup>1)</sup> ἔξωθεν. B.

Vers. 5. *Dicit — habetis?* ~~audiæ~~, id est, pueros illos vocavit iuxta consuetudinem. Mo-  
ris siquidem erat ita operarios appellare: propter  
illorum robur ac strenuitatem ad labores. Loqui-  
tur autem cum eis, quasi volens aliquid ab eis  
emere.

Vers. 5. *Responderunt — v. 6. inuenietis.*  
Nec adhuc cognoverunt, eum esse, quod tamen  
eos intelligere oportuit. Nam quomodo vulga-  
ris homo aut socius id nosse potuisset, quod iacen-  
tes in dexteram nauigii partem, inuenturi essent?  
Expresse autem ad dexteram iacere praecepit, ne  
fortuita videretur captura.

Vers. 6. *Iecerunt itaque.* Simpliciter ob-  
temperantes: aut arbitratī, signo quopiam illum  
nosse pisces aliquos ibi natare, († aut etiani vi-  
disse exultantes.)

Vers. 6. *Et iam non — piscium.* Absen-  
te quidem saluatore nihil ceperunt: praesente ve-  
ro multitudinem concluserunt, ut cognoscamus,  
quod sine illo nihil, quod utile sit, perficimus:  
eum eo autem, plurima. Oportet ergo, ut prae-  
ceptis eius obedientes laboremus, et ad dexteram  
faciamus: nam haec pars laudi datur.

Quaere autem et undecimo iuxta Lucam capi-  
te, quod dicitur, Similiter autem et Jacobum et  
Iohannem filios Zebedaei, qui erant socii Simo-  
nis et caetera, ac illorum lege enarrationem. In-  
uenies enim anagogica praesentibus admodum  
congrua.

Vers. 5. Λέγετε — ἔχετε; Παιδία τάχιστοις ἐκάλεσεν, τῇ συνηθείᾳ χρησάμενος. ἔθος γάρ τοὺς ἐργατικούς δύτας ὄνομαζεν, διὰ τὸ πρόστιον πόνους ἀκμαῖόν τε καὶ νεανικὸν αὐτῶν. διαλέγεται δὲ αὐτοῖς, ὡς δέλων θῆμεν παρ' αὐτῶν ἀνεῳδαί τι.

Vers. 5. Ἀπεκρίθησαν — v. 6. εὔρήσετε. Καὶ οὐπώ συνῆκαν, ὅτι αὗτός ἐσιν. ἔχρην δὲ συνιέναι. πῶς γάρ ἀν κοίνῳ ἀνθρώπος εἰδένη, ὅτι Βάλλοντες εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῆς πλούτου, εὔρησούσι. ἢντος δὲ εἰς τὰ δεξιὰ βαλλεῖν ἐπέταξεν, ἵνα μὴ κατὰ τύχην ἥσυγρα δόξῃ.

Vers. 6. Ἐβαλον οὖν. [‘Απλῶς<sup>2)</sup> ὑπακούσαντες, ἢ καὶ ὑποπτεύσαντες, αὐτὸν τεκμηρίω τινὶ γνῶντες τινας ἰχθύας ἐκεῖ διανηχομένος, ἢ<sup>3)</sup> καὶ ιδεῖν ἀναπηδήσαντας.]

Vers. 6. Καὶ οὐκ ἔτι — ἰχθύων. Ἀπόντος μὲν τῇ σωτῆρος, δὲδὲν ἐπίασαν παρόντος δὲ, πλῆθος συνέκλεισαν. ἵνα γνῶμεν, ὅτι χωρὶς μὲν αὐτῷ δὲδὲν ὡφέλιμοι αἰνύομεν. σὺν αὐτῷ δὲ, πολλά. χρὴ τοινυν ταῖς ἐντολαῖς αὐτῷ πειθομένοις πονεῖν καὶ βαλλεῖν εἰς τὰ δεξιά. τῷτο γάρ τὸ μέρος ἐπαινετόν.

[Ζήτησον<sup>4)</sup> καὶ ἐν τῷ ἐνδεκάτῳ κεφαλαίῳ τῷ κατὰ λουκᾶν, τό ὁμοίως<sup>5)</sup> δὲ καὶ ιάνωβον<sup>6)</sup> Luc. 5, 10. καὶ ιωάννην, ὑιοὺς ζεβεδαίου, οἱ οἵσαν κοινωνὸς τῷ σίμωνι, καὶ τὰ ἔξης, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν. εὔρησεις γάρ αἰνεγωγὴν, πάντας παρθέσιν αἴρεμόδεσσαν.]

Vers. 7.

<sup>2)</sup> Inclusa absunt. A.

<sup>3)</sup> Ab ἢ ad ἀναπηδήσαντας omiserat Hentenius.

<sup>4)</sup> Inclusa absunt. A.

Vers. 7. *Dicit — est.* A prospero id euentu intelligens, et quod tanquam ex illius iussu conclusi essent pisces.

Vers. 7. *Simon — mare.* Perspicacior quidem erat Iohannes magnitudine puritatis. Petrus vero feruentior vehementia amoris: ideo agnoscit quidem eum Iohannes ante Petrum, sed egreditur ad eum Petrus ante Iohannem. Vbi enim solum audisset, esse dominum, confessum, quae in manibus erant, proiicit, nec sustinens, ut nauigio ad eum perueniret, sese in mare iacit, quo citius accederet.

*ἐπενδύτην* autem (pro quo Tunicam vertimus) vocant tuniculam quandam manicis carentem, quae corpus ad genua usque contegat: et haec vtebantur, qui in mari degebant: Nam simul et agilitatem eis tribuebat, et inter aquas ornatum. Erat quippe nudus alia carente ueste: nam hac sola ad corpus discincta indutus erat: neque enim conueniebat, ut omnino nudus esset propter turpitudinem: succinxit autem illam, pudore domini.

Vers. 8. *Caeteri vero — piscium.* Veniunt attrahendo funes, quibus rete trahebatur.

Vers. 9. *Ut — panem.* Piscem quidem prunis superpositum, panem vero seorsum positum: utique producta ex his, quae non erant: ut hinc quoque suam ostendat potentiam, ac benevolē eos per cibum a labore refocillet.

Vers. 10. *Ait — nunc.* Vtpote sciens, quod comprehendissent. Nam et prius, tanquam sciens, quod comprehensuri essent, dixerat, Iacite in dexteram partem nauigii, et inuenietis. Et

<sup>5)</sup> οὐγῆλεῖθα. <sup>6)</sup> Habet hanc vocem Galeus in opuse, p. Myth. 711.

Vers. 7. Λέγει — ἐστιν. Τῷτοι συνεῖς ἀπὸ τῆς εὐτυχίας, καὶ τῷ συγκεκλεῖθαι<sup>5)</sup> τῷσι ιχθύαις, ὡσπερ ἔξι ἐπιτάγματος.

Vers. 7. Σίμων — Θάλασσαν. Διορθωτικῶτερος μὲν ὁ Ἰωάννης, περιστὶς καθαρότητος· θερμότερος δὲ ὁ πέτρος, σφραγότητι Φίλτρου· διὸ γνωρίζει μὲν αὐτὸν ὁ Ἰωάννης, πρὸ τῷ πέτρου ἔξεστι δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ πέτρος, πρὸ τῷ Ἰωάννου, ἀκούσας γὰρ μονον, ὅτι ὁ κύριός ἐστι, δίπτει τὰ ἐν χερσὶν εὐθέως, καὶ μὴ ἀγαμείνας τῷ πλοιαρίῳ ἔξελθειν, Βάλλει ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, διὸ τὸ τάχος τῆς ἔξελεύσεως.

Τὸν ἐπενδύτην δὲ, χιτώνιόν τι Φασιν<sup>6)</sup> ἀχειρίδωτον, ἀχειρίδης γονάτων περιέλλον. σύνηθες δὲ τῷτοι τοῖς θαλαττέουσιν, εὔκινησίαν ἀμα καὶ εὔσχημοσύνην αὐτοῖς πάρεστι τῷ ὑδάτι περιποιουμενον. γυμνὸς μὲν οὖν ἦν τῆς ἀλλῆς σολῆς αὐτῷ, τῷτοι δὲ μόνον ἐπὶ τῷ σώματος ἐνεδέδυτο ἔζωσιν. ἀνάξιον γάρ, εἴναι αὐτὸν πάντῃ γυμνὸν, διὰ τὴν ἀσχημοσύνην. ἔζωσατο δὲ αὐτὸν, αἰδοῖ του κυρίου.

Vers. 8. Οἱ δὲ ἄλλοι — ιχθύων. Ἡλίδον, ἐφελκόμενοι τοὺς σύροντας τὸ δίκτυον σχειρούσι.

Vers. 9. Ως — ἀρτον. Τὸ μὲν ὄψειον, τῇ ἀνθρακιᾳ ἐπικείμενον τὸν δὲ ἀρτον, ἴδιᾳ παρακείμενον, ἐξ ὅντων πάντων πάντων παρηγμένα, ἵνα καντεῦθεν δεῖξῃ τὴν δύναμιν αὐτῷ, καὶ πεπονηκότας αὐτοὺς ἀνακτήσηται φιλοσόργως διὰ τροφῆς.

Vers. 10. Λέγει — νῦν. Ως εἰδὼς, ὅτι ἐπίστανται, λέγει. καὶ γὰρ καὶ πρὶν, ὡς εἰδὼς, ὅτι πιάσται, εἴπε, Βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῷ πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ εὑρήσετε, καὶ ἵνα μὴ φαγ-

ne phantasticum videretur negotium: utque videntes piscium multitudinem ac magnitudinem, et quomodo non esset scissum rete, magis etiam admirarentur.

Vers. 11. *Ascendit Simon Petrus.* Ascendit in nauim, tanquam artis peritior, sequentibus videlicet eum etiam caeteris.

Vers. 11. *Et traxit — tribus.* Dicunt aliqui, per centum quidem eos designari, qui ex gentibus saginandi erant: per quinquaginta autem, eos qui de Iudeis: plures siquidem ex gentibus credituri erant, quam ex Iudeis: per tres vero, sanctam Trinitatem, in quam crederent.

Vers. 11. *Et — rete.* Non, quod esset forte, sed quod dominus etiam illud fortificaret.

Vers. 12. *Dicit — prandete.* Hora prandii iam appetente: nam illorum laboribus successura erat requies. Verisimile est autem, quosdam ex comprehensione piscibus assatos fuisse ad omnium refractionem discipuloruim: reliquos vero pauperibus fuisse distributos.

Vers. 12. *Et nemo — esset.* Faciem quidem videntes immutataim, et quae in maximum eos induceret stuporem, volebant eum interrogare, verum non audiebant, quum a signis, quae dicta sunt, scirent, quod Dominus esset.

Vers. 13. *Venit — similiter.* Iam in coelum non suspicit, neque humana illa facit: ostendens, quod etiam ista dispensatorie faciebat.

Vers. 14.

<sup>7)</sup> Inclusa absunt. A.

<sup>8)</sup> Inclusa omittit. A.

Φαντασίᾳ δόξῃ τὸ πρᾶγμα, καὶ ὅπως ἴδοντες  
καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἵχθυών, καὶ  
τὸ πῶς ὡκὺ ἐσχιδη τὸ δίκτυον, θαυμάσωσι  
πλέον.

Vers. 11. Ἀνέβη σίμων πέτρος. [Ἀνέ-  
βη<sup>7</sup>) εἰς τὸ πλοῖον, ὡς ἐμπειρότερος, ἐπομένων  
αὐτῷ καὶ ἀλλῶν δηλονότι.]

Vers. 11. Καὶ εἴλκυσε — τριῶν. Φασί-  
τινες, διὰ τῶν ἑκατὸν μὲν, ὑποδηλοῦθαι τοὺς ἐξ  
ἔθνων σαγηνευθημένους· διὰ τῶν πεντήκοντα  
δὲ, τοὺς ἐξ ιουδαίων· πλέοντες γὰρ οἱ ἐξ ἑθνῶν  
τῶν ἐξ ιουδαίων· διὰ τῶν τριῶν δὲ, τὴν αὔγιαν τρε-  
άδα, εἰς ἥν πινένουσι.

Vers. 11. Καὶ — δίκτυον. Οὐχ ὡς  
ισχυρὸν, ἀλλ᾽ ὡς τῷ κυρίῳ τῷτο δυγαμώ-  
σαντος.

Vers. 12. Λέγει — αριστήτατε. Τῆς  
ἄρας τῷ αρίστου ἥδη ἐπιτάσσης. [Ἐμελλε<sup>8</sup>) γὰρ  
τοὺς πόνους αὐτῶν διαδέχεθαι ἀνάπταυσις. εἰκὸς  
δὲ οὐχ ἐκ τῶν πιαθέντων ἵχθυῶν τινὰς ὀπτηθῆ-  
ναι πρὸς ἐζίασιν ἐλῶν τῶν μαθητῶν, τοὺς λοιπὸς  
δὲ πέντες διανεμηθῆναι.]

Vers. 12. Οὐδεὶς δὲ — ἐσιν. Τὴν ὄψιν  
αὐτῷ βλέποντες ἀλλοιοτέραν καὶ ἐκπληκτικω-  
τάτην, ἐβάλοντο μὲν ἐρωτῆσαι, οὐκ ἐτόλμων  
δὲ, εἰδότες<sup>9</sup>) ἀπὸ τῶν εἰρημένων τεκμηρίων, ἵτι  
οἱ κύριοι ἐσιν.

Vers. 13. Ἐρχεται — ὅμοιως. Οὐκέ-  
τι ἀναβλέπει εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐδὲ τὰ αὐνθρώπι-  
να ἐκεῖνα ποιεῖ, δεικνύων, ὅτι κακεῖνα κατ' οἰκο-  
νομίαν ἐποίει.

Vers. 14.

<sup>9)</sup> idóteς. A.

Vers. 14. *Hoc — mortuis.* Prima quidem, quum esset vespera diei illius, quo resurrexit, secunda autem, post dies octo, tertia vero, hoc die. Apparet itaque, quod post hoc tempus ascenderint in montem, in quo constituerat eis, quando videlicet rursum admoniti sunt a Domino. Manifestatus est autem et mulieribus, quae discipulae erant: et duobus illis, de quibus apud Marcum, et Petro, ac Cleopae cum socio ipsius. Verum discipulis simul, hac iam tertia vice manifestatus est. Neque enim continue cum eis versabatur. Hic autem non dixit, quod et ipse comedenter: ideo sane, ut opinor, quod hoc etiam significauerit Lucas libro Actorum, vbi ait Petrus, Comedimus et bibimus cum eo postquam surrexit a mortuis.

Vers. 15. *Quum — te.* Siimon, fili Io-  
na, diligis me plus quam hi? hunc autem solum interrogat, tanquam principem et os discipulorum. Verum, cur id, quod nouit, interroget, in sequen-  
tibus dicemus.

Vers. 15. *Ait — meos.* Discipulos dicit agnos suos, tanquam pastor eorum, quos etiam ouses rursum vocat. Quaerit ergo dilectionis erga se demonstrationem, puta, curam eorum: et animam ipsius, quam pro praeceptore se positurum promiserat, petit, ut pro discipulis ponat.

Vers. 16. *Dicit — v. 17. te.* Christus quide[m] terna vice interrogans et idem iubens, manifestat, se maximi facere praesidentiam super discipulos suos: et hanc omni cura ducit maiorem: Petrus autem trinam timeus interrogationem, et suspi-

<sup>1)</sup> οἱ μαθηταὶ, omittit. B.

<sup>2)</sup> πλεύπαν. B.

<sup>3)</sup> Inclusa omittit. A.

Vers. 14. Τέτο — νεκρῶν. Πρῶτον μὲν,  
οὗτος<sup>η</sup>) ὁψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ δὴν αὐτέση<sup>η</sup>) Io. 20, 19.  
δεύτερον δὲ, μεθ' ἡμέρας<sup>η</sup>) ὀκτώ· πρώτον δὲ, γῦν. ο) Io. 20, 26.  
Φαίνεται οὖν, ὅτι μετὰ τέτο αὐτῷ<sup>η</sup>) μαθη-  
ταὶ εἰς τὸ ὄρος, οὐ<sup>η</sup>) ἐτάξατο αὐτοῖς, ὅτε δηλα-<sup>η</sup>) Matt. 28, 16.  
δή προετράπησαν αὐτοῖς παρὰ τῷ κυρίου. ἐφανε-  
ρώθη μὲν οὖν, καὶ τοῖς μαθηταῖς, καὶ τοῖς  
παρὰ τῷ μάκρῳ<sup>η</sup>) δύσι, καὶ τῷ πέτρῳ, καὶ τοῖς<sup>η</sup>) Marc. 16, 12.  
περὶ<sup>η</sup>) κλεόπαν<sup>η</sup>) ἀλλοὶ τοῖς μαθηταῖς ὅμοι,<sup>η</sup>) Luc. 24, 18.  
τέτο δὴ τρίτον ἐφανερώθη. [εὐ γάρ<sup>η</sup>) συνεχῶς  
αὐτοῖς ἐπεχωρίαζεν. αἱλλ' ἐνταῦθα μὲν δὲ εἴπεν,  
ὅτι καὶ αὐτὸς ἐφχεγεν· οἷμαι δὲ, ὡς τῷ λουκᾶ καὶ  
τέτο ὑηλώσαντος ἐν τῇ Βίβλῳ τῶν πράξεων, εἴ-  
δα Φησίν ὁ πέτρος· ὅτι<sup>η</sup>) συνεφάγομεν καὶ συνε-<sup>η</sup>) Act. 10, 47.  
πίομεν αὐτῷ, μετὰ τὸ αὐκανῆναι αὐτὸν ἐκ-  
νεκρῶν.]

Vers. 15. Ὁτε — σε. Σίμων, υἱὲ τοῦ  
Ιωνᾶ, αὐγαπᾶς με πλεῖον ἢ οὗτοι; τέτον δὲ μό-  
νον ἐρωτᾷ, ὡς κορυφαῖον καὶ σόμα τῶν μαθητῶν.  
Τίνος δὲ χάριν ἐρωτᾷ, ὃ οἶδεν, ἐρῶμεν προσίστετε.

Vers. 15. Δέγει — με. Τοὺς μαθητὰς,  
ἀρνία ἔκαντο Θησίν, ὡς ποιμὴν αὐτῶν, οὓς καὶ  
πρόβατα πάλιν καλεῖ. ζητεῖ οὖν απόδειξιν τῆς  
εἰς αὐτὸν ἀγάπης, τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν, καὶ  
τὴν ψυχὴν αὐτῷ, ἥν<sup>η</sup>) ἐπηγγελταὶ θεῖναι ὑπὲρ  
τῷ διδασκάλου, ταύτην ἀπαιτεῖ θεῖναι ὑπὲρ τῶν  
μαθητῶν.

Vers. 16. Δέγει — v. 17. σε. Ο μὲν  
χριστὸς ἐκ τρίτου ἐρωτῶν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐπιτά-  
των, ἐμφαίνει, ὅτι σφόδρα περὶ πολλοῦ τιθεται  
τὴν προσασίαν τῶν ιδίων μαθητῶν, καὶ ταύτην,  
ἀπάστης θεραπείας ἥγειται μείζονα. ὁ δὲ πέτρος  
τὸ

<sup>η</sup>) Codex B. habet sic: ἐπηγγέλλε. Id esset ἐπηγγέλλετο. Hentenius fortasse legit ἐπηγγέλλετο.

suspicatus, ne forte putaret se amare, non tamen amaret: nam et prius putauerat, se nunquam esse negaturum, et tamen negauit, et modestiorem ipsum ac meliorem affectus ille reddiderat, moerore affectus est, turbatus est, etiam ipsum, ut qui omnia nosset, priusquam fierent, testem facit et ait, Tu omnia nosti, et praesentia et quae futura sunt, tanquam Deus: tu scis, quod nunc toto corde te amem: et nihil amplius dicit, ignorans, quid futurum sit. Nam paulo ante, quum contradixisset, conuictus est, quod vanam habuerit de se fiduciam. Agni itaque et oves dicuntur discipuli propter simplicitatem ac prouitudinem ad hoc, ut immolentur. Et rursum agni quidem, imperfetiores, oves autem, perfectiores.

Petro itaque pascendi curam ac gubernationem committit, ut qui et prius amaris illis lachrymis negationis maculam abluerit, et nunc rursum pro trina negatione trinam offerat confessionem: et tunc quidem opere, nunc autem verbo, lapsui, qui verbo factus est, medetur.

Deinde parabolice praenuntiat ei mortis genus, quod per crucem esset et ipse moritus: ostendens, quod non tanquam ignorans, aut illi non credens dicebat, quae dicebat, quum optime nosset feruorem dilectionis eius erga se, sed ut et ipse et omnes cognoscerent, quod pluriimi faceret praesidentiam super discipulos suos, veluti superius significatum est.

Vers. 18. *Amen — volebas.* Quum es-  
ses imperfectior sub imperfectiori Mosaica lege con-  
stitutus: parabas te ad id, quod cupiebas, et vitam  
agebas, ut volebas.

Vers. 18.

τὸ τριπλῆν τῆς ἐρωτήσεως Φοβηθεῖς, καὶ ὑποπτεύσας, μήποτε δοκῇ μὲν φιλεῖν, οὐ φιλεῖ δέ· καὶ γὰρ καὶ πρότερον ἐδόκει μὲν μηδέποτε ἀπαρνήσαθαι αὐτὸν, ἀπηργήσατο δέ· καὶ σωφρονέσερον αὐτὸν καὶ Βελτίσσα τὸ πάθος ἐκεῖνο πεποίηκεν· ἐλυπήθη, ἐταράχθη, ἐθορυβήθη. καὶ λοιπὸν αὐτὸν, ὡς πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν εἰδότα, μάρτυρα ποιεῖται, καὶ λέγει· σὺ πάντα οἶδας, καὶ τὰ νῦν, καὶ τὰ μέλλοντα, ὡς Θεὸς, σὺ γινώσκεις, ὅτι Φιλῶ σενῦν ὄλοψύχως, καὶ οὐδὲν πλέον λέγει, τὸ μέλλον ἀγνοῶν. καὶ γὰρ καὶ πρώην αντιτείνων ἥλεγχθη μάτην ἰσχυριζόμενος· ἀργία τοίνυν καὶ πρόβατα οἱ μαθηταὶ, διὸ τὸ ἀκακον καὶ πρόχειρον εἰς σφαγὴν. καὶ αὗτις αρνία μὲν, οἱ ἀτελέσεροι· πρόβατα δὲ, οἱ τελεότεροι.

Πρότερον μὲν οὖν διὰ τῶν πικρῶν ἐκείνων δοκεύων τῷ πέτρῳ τὴν κηλίδα τῆς αἰρνήσεως ἀπολγοσαμένῳ, σέρτι δὲ πάλιν αὐτὶ τῆς τριπλῆς αἰρνήσεως τριπλὴν ὁμολογίαν εἰσενεγκόντι, καὶ τότε μὲν ἔργῳ, νῦν δὲ λόγῳ, τὸ διὰ λόγου σφάλμα· θεραπέυεις, τὴν ποικαντικὴν ἐγχειρίζει τῆς οἰκουμένης.

Εἶτα παραβολικῶς προμηνύει αὐτῷ καὶ τὸν διὰ σαυρᾶς θάνατον, ὡς τελειωθῆναι ἔμελλε, δεικνύων ἐντεῦθεν, ὅτι ἐκ ἀγνοῶν, θεῖε ἀπιστῶν αὐτῷ ἔλεγεν, ἀπερ ἔλεγεν. ἥπισατο γὰρ πάνυ τὸ διάπυρον τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, ἀλλ᾽ ίνα γνῶ καὶ αὐτὸς καὶ πάντες, ὅτι σφέδρα περὶ πολλοῦ τίθεται τὴν προσασίαν τῶν ιδίων μαθητῶν, ὡς αὐνωτέρω δεδήλωται.

Vers. 18. Ἀμὴν — ἥθελες. Ὅτε ἐτύχανες ἀτελέσερος, ὑπὸ τὸν ἀτελέσερον γόμον τὸν μωσαϊκὸν κείμενος, ἥτοι μαζεῖς σεαυτὸν, πρὸς ἔβύλου, καὶ διῆγες, ὡς ἥθελες.

Vers. 18. *Vbi — vis.* Vbi autem in vi-  
ruin perfectum profeceris, in mensuram aetatis  
spiritualis, sub perfecta lege euangelica consum-  
matus, extendes manus tuas ad crucem: et alias  
te clavis astringet, ac ducet ad mortem, quam et-  
si voles voluntate, natura tamen non voles: si qui-  
dem compatitur corpori anima propter naturam,  
et audita mortis mentione, abhorret, Deo ita di-  
spensante utiliter, sicut etiam alibi significatum est,  
ne homines in infortuniis facile fere occiderent.  
Nam si valet hostis frequenter aliquos ad propriam  
impellere caedem: tametsi anima adeo fortiter ad  
corporis coniunctionem affecta sit, quod futurum  
est, si hoc non esset? multi profecto ad suam pro-  
cederent interfectionem.

Vers. 19. *Hoc — Deum.* Gloria siqui-  
dem est, non discipuli tantum, qui moritur, sed  
et Dei, mors, qua quis propter eum supplicio af-  
ficitur: eius quidem qui occiditur, quia pro Deo  
moritur: Dei autem, quod talem habeat disci-  
pulum.

Vers. 19. *Et — me.* Hinc rursus ostendit,  
quod praeceteris sibi familiarem eum faciat,  
ac ampliori dignetur honore, ut etiam promptior  
fiat.

Quod si quis dicat: Quomodo ergo Iacobus  
Ierosolymitanum accepit sedem? Dicemus, quod  
Petrus orbis constitutus est praceptor: quum ergo  
tamen praceptor, quain discipuli deambularent, di-  
xit

<sup>6)</sup> δὲ, abest. A.

<sup>7)</sup> Ita uterque. Forte ἔξει, aut ἔχθηση.

<sup>8)</sup> Forte μαρτυρίου, aut μαρτυρίας. Cyrilus de re  
eadem Tom. IV. p. 110. C. τὴν εἰς αὐμα τιμω-  
ρίαν ἐπιθέντες αὐτῷ.

Vers. 18. Ὁταν — θέλεις. Ὁταν<sup>6)</sup>  
 δὲ τελειωθῆς εἰς<sup>7)</sup> ἀνδρεῖ τέλειον, εἰς μέτρον ἥλι-<sup>8)</sup> Ephes. 4,13  
 κίας πνευματικῆς, υπὸ τῷ τελείου νόμου, τῷ εὐ-  
 αγγελικοῦ, καταρτιζόμενος, ἐκτενεῖς τὰς χεῖρας  
 σου ἐπὶ σαυρᾶ, καὶ ἄλλος σε σφίγξει τεῖς ἥλοις,  
 καὶ ἀγάγη<sup>9)</sup> εἰς θάνατον, ὃν, εἰ καὶ θέλεις τῇ  
 προσωρεῖσαι, γέθελεις τῇ φύσει. σύμπαθε γάρ ή  
 ψυχὴ τῷ σώματι διὰ τὴν φύσιν, καὶ ἀκούσας  
 ἀποβρήγνυται, τῷτο τῷ φεῦσι συμφερόντως οἰκονο-  
 μήσαντος, καθὼς καὶ ἄλλαχοῦ δεδήλωται, οὐδὲ  
 μὴ κατὰ περίστασιν εὐχερῶς ἀνέλωσιν ἔσαυτοὺς οἱ  
 ἀνθρώποι. εἰ γάρ καὶ τῆς ψυχῆς ἔτως ισχυρῶς  
 ἀποσρεφομένης τὴν διάζευξιν τῷ σώματος, ισχύει  
 πολλάκις ὁ ἔχθρος τινας ἐργάζεθαι φόνεῖς ἔσα-  
 τῶν· εἰ μὴ τῷτο ἦν, ταχέως οὖν οἱ πολλοὶ πρὸς  
 ἀναίρεσιν ἔσατῶν ἔχωρουν.

Vers. 19. Τῷτο — θεόν. Δόξα γάρ οὐ  
 μόνον τοῦ θνήσκοντος μαθητοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ  
 φεῦ, ὁ διὰ τιμωρίας<sup>8)</sup> θάνατος· τῷ θνήσκοντος  
 μὲν, ὅτι υπὲρ τῷ φεῦ θνήσκει· τῷ φεῦ δὲ, ὅτι  
 τοιχτὸν ἔχει μαθητήν.

Vers. 19. Καὶ — μοι. Ἐντεῦθεν πάλιν  
 δείκνυσιν, ὅτι πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸν οἰκειοῦται,  
 καὶ μέζονος αἵξιοι τιμῆς, οὐα καὶ προθυμότερος  
 γένηται.

Εἰ δὲ λέγοι<sup>9)</sup> τις, πῶς οὖν Ιάκωβος ἔλαβε  
 τὸν φεόνον<sup>10)</sup> τῶν ιεροσολύμων; ἐροῦμεν, ὅτι ὁ πέ-  
 τρος τῆς οἰκουμένης ἔχειροτονήθη διδάσκαλος,  
 περιπατούντων τοιγάρουν τῷ τε διδασκάλῳ καὶ  
 τῶν μαθητῶν, ἐπεν, ἀκολούθει μοι, σαυρούμε-

Tt. 3. yos

<sup>6)</sup> λέγει. Α.

<sup>7)</sup> Θρόγος apud Patres Graecos notat Episcopatum.  
 Hunc enim primum Episcopum fuisse traditur.

xit ei: **Sequere me**, vt videlicet etiam crucifigaris  
et aequalem sustineas mortem.

**Vers. 20.** *Conuersus — sequentem.* Incedente in post Petrum: casu enim proximus ei deambulabat.

**Vers. 20.** *Qui et — te?* In coena mystica, sicut ibi significatum est. Reducit autem nobis ad memoriam interrogationem, ostendens, quantam Petrus loquendi adeptus esset libertatem, postquam de negatione resipuerat. Nam qui tunc ausus non erat interrogare, sed dilecto discipulo ad hoc vtebatur: hic non solum praesidentiam erga fratres sibi commissam accepit, verum etiam de dilecti statu confidenter interrogat.

**Vers. 21.** *Hunc — quid?* Num et ipse te sequetur? num eandem nobiscum mortis via gradieatur? num similiter morietur? Siquidem intellexit, quid innuisset, dicens: **Sequere me:** quumque Iohannem vehementer amaret, cupiebat eum aequalis mortis assumere consortem: et tanquam Iohanne interrogare non audente, ipse interrogat, vicemque rependit. Quid ergo Christus? Privatum amputans affectum, ac instruens nihil ulterius esse perscrutandum, ostendit vario modo disponenda esse, quae illos contingerent.

† Quum audisset Petrus, (vt quidam aiunt,) quod pro Christo esset moriturus, dixit: Et Iohannes, quid? num et ipse moriturus est? Christus autem id quidem non negauit: nam quisquis natus est, etiam morietur: sed ait: si eum velim manere usque ad mundi consummationem, et tunc de me testificari, quid ad te? Dicunt itaque, eum viuere, et sub Antichristo occidendum cum Elia et Enoch, praedicantem Christum. Quod si monumentum eius ostendatur, quid inde? Viuus namque illud ingress-

νος καὶ αὐτὸς<sup>2)</sup>) δηλονότι, καὶ τὸν ἴσον θανάτου  
ὑφίσαμένος.

Vers. 20. Ἐπισχεφεὶς — ἀκολουθῶντα.  
[Βαδίζοντα<sup>3)</sup>. ὅπιστι τῇ πέτρᾳ. ἔτυχε γὰρ τότε  
πλησίον αὐτῇ περιπατῶν.]

Vers. 20. Οἱ καὶ — σε; Ἐν τῷ δεῖπνῳ  
τῷ μυστικῷ, καθὼς ἐκεῖ δεδήλωται. αἱ αἱματίησκες  
δὲ ήμᾶς ἐκείνης τῆς κατακλίσεώς τε καὶ ἐρωτή-  
σεως, δεικνὺς, ὅτην ὁ πέτρος παρέγνησιαν ἔσχε με-  
τὰ τὴν ἐπὶ τῇ ἀρνήσει μετάνοιαν. ὁ γὰρ τότε μὴ  
τολμῶν ἐρωτῆσαι, ἀλλὰ τῷ ἡγαπημένῳ χειρο-  
μένος εἰς τότο, ὃτος δὲ μόνον τὴν προσασίαν ἐπι-  
σεύθη τῶν ἀδελφῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῇ ἡγαπη-  
μένου θαρρέαλέως ἐρώτᾷ.

Vers. 21. Τῇτον — τί; Όυκ ἀκολου-  
θήσει σοι; δὲ τὴν αὐτὴν ημῖν ὄδον τῇ θανάτου Βα-  
δίζεται; οὐχ ὄμοιώς ἀποδανεῖται; συνῆκε γὰρ,  
τί ὑπεδήλου, τὸ ἀκολουθεῖ μοι, καὶ σφόδρα φι-  
λῶν τὸν ιωάννην, ἐβέλετο κονωπὸν αὐτὸν τῇ ἴσῃ  
θανάτου λαβεῖν, καὶ ὡς τῇ ιωάννου μὴ τολμῶ-  
τος ἐρωτᾶν, αὐτὸς ἐρώτᾷ, καὶ τὴν ἀμοιβὴν ἀπο-  
δίδωσι. τί οὖν ὁ χριστός; ἐκκόπτων τὴν μερικὴν φρ-  
λίαν, καὶ παιδέυων, μηδὲν<sup>4)</sup> περιτέρω πολὺ<sup>5)</sup>  
πραγματεύειν, καὶ ἐμφαίνων, ὅτι διαφέρει τὰς κατ'  
αὐτοὺς οἰκονομηθῆσυται, Φησίν<sup>5)</sup>)

Tt 4

Vers. 22.

<sup>2)</sup> καὶ αὐτὸς, omittit. A.

<sup>3)</sup> Inclusa absunt. A. Horum autem loco addit: ἔτυ-  
χε βαδίζοντα (sic) ὅπιστι τοῦ πέτρου, ἀνέπεσεν.

<sup>4)</sup> μηδέ. A.

<sup>5)</sup> Post haec Hontenius ex margine sui Codicis addi-  
dit scholium, quod hic subieci. Similia leguntur  
apud Theophyl. p. 847. A. et in epistola Michaë-  
lis Glycae, quam edidi cum Isocratis p. 48. Mosq.  
1776. 8. Confer etiam Areth. ad Apocal. p.  
741. A.

ingressus est, deinde translatus: quemadmodum etiam Enoch et Elias. Euertit itaque Euangelista falsam illocum opinionem, qui existimant, non esse mortuorum hunc discipulum: nam ita falsum est, hominem videlicet esse immortalēm. Nam etiā Enoch et Elias non sunt mortui, sunt tamen mortales. Ita ergo et hic, quanquam mortuus non sit, attamen morietur. Falsum itaque est, quod non moriatur: sic intellectum, quod videlicet sit immortalis. Alii autem affirmant, quod mortuus sit: et dictum illud, Si eum velim manere, donec veniam, intelligunt, quod remansurus erat in Iudea Iohannes, donec veniret Christus contra Iudeos, percussurus eos per manus Romanorum: et ita Petrum a Iohanne separandum: ut etiam maiori fructū diuersis locis praedicarent. Omnes igitur opiniones retulimus, ut harum rerum studioſi nullam ignorarent. Qui autem dicunt, eum esse mortuum, in hunc modum referunt. Foderunt, inquunt, foueam, et in gyro posuerunt lapides: deinde illum ibi demiserunt, ac operuerunt. Post aliquot autem dies scrutati sunt foueam illam, et eum non inuenierunt. Verum, quia eum illic deposuerunt, dicunt eum fuisse mortuum.

Vers. 22. *Ait — te?* Si eum velim in viuis manere donec secundo aduentu veniam, quod illi tecum in hoc communē est?

Vers. 22. *Tu me sequere;* Tū tuam mortem considera, nihil de illius morte inuestigans:

Vers. 23. *Exiit — fratres.* Quis sermo?

Vers. 23. *Quod — moreretur.* Verisimile est namque et eos audisse, quae Petro dicta erant. Diuulgatus est hic sermo, videlicet quod non moreretur: quia errabant, nec sermonis asse-

que-

Vers. 22. Λέγει — σε; Ἐὰν αὐτὸν  
Θέλω μένειν ζῶντα, ἔως ἔρχομαι, κατὰ τὴν δευ-  
τέραν μητὶ παρεγοσίαν, τί πρὸς σὲ κοινόν;

Vers. 23. Σὺ ἀκολόθει μοι. Σὺ τὸν σὸν  
Θάνατον σκόπει, μηδὲν τὸν ἐκένου περιεργαζό-  
μενος.

Vers. 23. Ἐξῆλθεν — αἰδελφός. Ποῖος  
λόγος;

Vers. 23. Ὁτι — ἀποθνήσκει. Ειδὸς  
γὰρ, κακείνους ἀκούειν, ἐπρὸς τὸν πέτρον ἐβρέθ-  
θησαν. διεφημίσθη δὲ ὁ λόγος οὗτος, ἦγουν,<sup>6)</sup> ὅτι  
ἢ καὶ ἀποθνήσκει, ὡς πλανηθέντων αὐτῶν, καὶ μὴ

<sup>6)</sup> ἤγειρ, omittit. A.

quebantur intentionem. Deinde corrigit rumorem erroneum.

Vers. 23. *Et — te?* Quod non significat, eum non moriturum: sed aliam habet intentionem, ut praedictum est. Quis ergo relinquitur serino asseuerantibus, eum non esse mortuum, quum iam ipsem luculenter clamet, quod errant, qui hoc suspicantur?

Vers. 24. *Hic — sius.* Et scimus, qui ea nouimus, quod verum perhibeat testimonium. Apparet enim, quod et alii hoc intelligebant. Itaque, tanquam vehementer fretus veritate, hoc dicit: Noui siquidem, quod aliquibus videbitur fortassis suspecta dicere, eo quod ab aliis euangelistis horum non sit facta mentio.

Vers. 25. *Sunt autem — Iesus.* Hoc etiam superius dixit de signis.

Vers. 25. *Quie — libros.* + Non caperet eos dictus mundus, alio etiam modo: non propter litterarum multitudinem, sed propter rerum magnitudinem: neque de loco loquitur, sed de modo.

Hyperbolicus est sermo, ostendens immensam multitudinem eorum, quae a domino facta sunt. Utuntur autem sermone hyperbolico et qui scribunt, et qui loquuntur, quando rei magnitudinem ostendere decreuerunt. Hic autem addens etiam verbum, Opinor, auxit hyperbolēn, ac suadibile fecit, quod incredibile videbatur: insinuans, quod ob maximam eorum multitudinem ita dixerit. Siquidem et alia multa fecit, vt pote omnipotens: nam ei facilius erat facere, quam nobis dicere. Sola autem ea

scripse-

?) Inclusa absunt. A. Respicitur autem ad Io. 20, 30.

?) Haec in margine habet. A.

συνεωρακότῶν τὸν τῆς λόγου σκοπὸν. εἴτε διορθώ-  
ται τὴν ἐσφαλμένην Φήμην.

Vers. 23. Καὶ — σέ; Ὁπερ οὐδῆλοι,  
ὅτι οὐκ ἀποδημήσκει, ἀλλὰ ἔτερον ἔχει σκοπὸν, ὡς  
προείρηται. τις οὖν ὑπολείπεται λόγος τοῖς ἐνισα-  
μένοις, ὅτι οὐ τέθυηκεν, αὐτῷ δῆ τούτου διαρρέη-  
δην Βοῶντος, ὅτι πλανῶνται οἱ τοῦτο ὑπολαμ-  
βάνοντες;

Vers. 24. Οὗτος — αὐτοῦ. Καὶ οἵδε-  
μεν, οἱ εἰδότες αὐτὰ, ὅτι ἀληθῶς μαρτυρεῖ:  
Φαίνεται γὰρ, ὅτι καὶ ἄλλοι ταῦτα ἐγίνωσκον.  
ὡς cūν σφόδρᾳ θαρρῶν· τῇ ἀληθείᾳ τῷτο Φησίν.  
ἔγνω γὰρ, ὅτι δόξει τισὶν οἷσις ὑπόπται λέγειν,  
διὰ τὸ μὴ μνημονεύμηναι ταῦτα παρὰ τῶν ἄλλων  
εὐαγγελισῶν.

Vers. 25. Ἐσι δὲ — ὁ ἵησος. [Τῷτο<sup>7</sup>)  
καὶ ἀνωτέρω περὶ τῶν σημείων εἴπεν.]

Vers. 25. Ἀτινα — Βιβλία. [Οὐ<sup>8</sup>)  
χωρεῖ δὲ αὐτὰ ὁ εἰρημένος κόσμος, καὶ καθ' ἔτε-  
ρον λόγον, οὐ διὰ<sup>9</sup>) πλῆθος συγγραμμάτων,  
ἀλλὰ διὰ μέγεθος πραγμάτων· οὐδὲ τόπῳ, ἀλ-  
λὰ τρόπῳ.]

Καθ' ὑπερβολὴν ὁ λόγος, ἐμφαίνων τὴν ὑπερ-  
βολὴν τῆς πλήθους τῶν πεπραγμένων τῷ κυρίῳ.  
χρῶνται δὲ τῷ λόγῳ τῆς ὑπερβολῆς καὶ οἱ γρά-  
Φοντες, καὶ οἱ λέγοντες, ὅταν ὑπερβολὴν πράγ-  
ματος παρεστῆσαι βοληθῶσιν. οὗτος δὲ καὶ, τὸ  
οἶμαι προσθεῖσι, ἐκόλασε τὴν ὑπερβολὴν, καὶ  
παρεμυθήσατο τὸ δοκοῦν ἀπιδανον, ὑποδηλῶν,  
ὅτι διὰ τὸ παμπληθὲς αὐτῶν ἐργηκεν οὗτος. καὶ  
ἄλλα μὲν cūν πολλὰ ἐποίησεν, ὡς πάντα δυνάμε-  
νος· ἁδίον γὰρ αὐτῷ τὸ ποιεῖν, η ἥμιν τὸ λέγειν  
μόνα

<sup>9</sup>) τὸ, addit. A.

scripserunt, quae ad religionem ac fidem utiliora erant, magisque necessaria: quod hoc considerarent hi, qui scripserunt, quod qui his, quae scripta sunt, non credit, neque pluribus fidei habebit: ei vero, qui haec suscipit, alia necessaria non erunt.

Vtinam autem et nos perfecti ministri perfectissimae trinitatis habeamur, ac vitam bono fine concludamus, per Christum Iesum Dominum nostrum. Amen.

<sup>1)</sup> συγγραφόντως. A.

<sup>2)</sup> καταλύσας. A. quod visitatus est.

Finis omnium.

μόνα δὲ ἐγράφησαν τὰ πρὸς ἐυσέβειαν καὶ πτεῖ  
χρησιμώτερα καὶ ἀναγκαιότερα, ἐκεῖνο τῶν  
τυγχεγραφότων<sup>1)</sup> ἐννοησάντων, ὡς ὁ μὴ τοῖς  
γραφεῖσι πισένων, οὐδὲ τοῖς πλείστι προσέξει. ὁ  
δὲ ταῦτα δεξάμενος, ἑτέρων οὐ δεηθήσεται.

Γένοιτο δὲ ἡμᾶς, τελείους θεράπευτας τῆς  
παντελείου τριάδος ἀναφενέντας, αὐγαθῷ τέλει  
κατακλεῖσαι<sup>2)</sup> τὸν βίον, ἐν χριτῷ ἡσοῦ τῷ κυρίῳ  
ἡμῶν. ἀμήν.

Tῷ<sup>3)</sup> συντελεσῇ τῶν καλῶν θεῷ χάρις. ἀμήν.

<sup>3)</sup> Haec in fine addidit scriba Cod. A.

Τέλος πάντων.

Ioannis Hentenii animaduersiones ad Eu-  
thymium Zigabenum, quae in margi-  
nibus suae interpretationis La-  
tinae addidit.

*Ad euangeliū Matthæi.*

Cap. I. v. 2. seqq. Veram nominum huius ge-  
nealogiae orthographiam, et illius quam ha-  
bet Lucas, ad Hebraeorum fontem, in no-  
stris annotationibus de varia exemplarium le-  
ctione ante libri exordium inuenies supra.<sup>1)</sup>  
6. Lucae caput iuxta Graecorum supputatio-  
nem et 3. iuxta Latinorum, ad id verbum,  
Qui fuit Matthan.

Cap. III. v. 11. ad Icholium: Per metaphoram etc.  
Qui haec annotauit, videtur legisse, in spiri-  
tu sancto et igni.

Cap. V. v. 22. Vide quam miserum est in aliena  
versari lingua: nam a רְקָאָכ spuit, fit רְקָ  
rec quod vacuum significat, vel temporalibus  
rebus, vel intellectu. Vnde 2 Reg. 6. מְהֻרְקִים  
harekim, habemus translatum, scurra. San-  
ctes vero Pagninus transtulit fatuum.

Ibidem. גַּהֲنֹם Gehinnom ad verbum sonat Val-  
lis hinnom. Nam erat locus prope Ierusa-  
lem in praedio cuiuspiam qui Hinnom dice-  
batur,

<sup>1)</sup> In hac editione. Tom. I. in praef. pag. 100.

batur, in quo primum Israëlitae filios suos viuos cremabant idolo Moloch. De quo Iere. 7. et 4 Reg. 23. vbi dicitur Iosias locum hunc contaminasse proiiciendo in eum cädauera foetida, et alias quasque immunditias, et huic usui deinceps deputatus est.

ibid. v. 37. Eo intellectu quo Christus iurare prohibuit, nempe rationabili non subexistente causa: etiam hic vult tali casu nullo hominum impulso aut metu esse iurandum.

Cap. VI. v. 24. **מְמוֹנָה** Mammona Chaldaicum potius est, et diuitias significat.

Cap. VIII. v. 20. Post: lucrum quod quaerebat, addit: Volebat<sup>2)</sup> autem, ut postposita huiusmodi spe, sequeretur: at ille simul ut audiuit, tanquam pecuniae amator, abscessit.

Ibid. v. 28. Potest hoc vocabulum **גַּרְגִּישָׁה** Gergefa, si Pagnino credimus, significare peregrinationem, habitationem, vel congregationem, ruminationem, ac prouocationem, ut videlicet deriuetur vel a **גָּוָר** gor, id est, peregrinari, congregare, seu habitare. Vel a **גָּרָה** gar, id est, ruminavit. Aut etiam a **גָּרָה** gara, id est, litem miscuit.

Cap. XII. v. 3. Non videtur autor hic phrasin considerasse Hebraicam, quam in plerisque sequutos fuisse euangelistas in principio libri diximus: per quam et hic dicuntur panes propositionis. i. propositi, quia recentes super mensam coram propitiatorio proponebantur singulis sabbathis, ut habes Leuit. 24.

Ibid. v. 41. Ad vocabula: Adhuc tres dies: Ne nos accuses, quod tres dies hic posuerimus, immo nec

<sup>2)</sup> Haec in margine sui Codicis videtur reperisse Hentius. In meorum nullo comparent.

nec autorem nostrum: vide translationem 70. interpretum Ion. 3. qui τρεῖς ἡμέρας legunt. In Hebraeo tamen legitur ארבעים arbahim, hoc est, quadraginta. Verum autor noster procul dubio linguam ignorabat Hebraeam, sequutus semper 70. interpretes.

**Cap. XIV. v. 19.** Ad vocabula: συμπόσια συμπόσια: Huiusmodi sane phrasēs sunt Hebraicae. In veteri siquidem testamento qui Hebraice norunt, talia frequentissime rep̄erunt, pro numero videlicet distributio, geminari dictiones.

**Cap. XVI. v. 17.** Aiunt enim Hebrei בר ווֹנָה bar Iona, sed Chaldaeis בן יונָא ben Iona sonat Latinis filium columbae.

**Ibid. v. 24.** Ad vocabula: Siue vir, siue mulier: της enim Graecis tam foemininum est, quam masculinum: ut etiam Quis interdum apud Latinos.

**Cap. XVII. v. 24.** Drachma minae Atticae pars est centesima, sex continens obulos: didrachnum, duodecim.

**Cap. XVIII. v. 32.** Quantum<sup>3)</sup> excedit aquae gutta ab inexhausto matis pelago, tanto et multo amplius exceditur nostra humanitas et benignitas a dei humanitate et benignitate.

**Cap. XX. v. 23.** Ad vocabula: tot diebus: Scio communia exemplaria habere, Diebus mille ducentis sexaginta: non fuit tamen animus quicquam immutare ab eo quod in nostro repertum est exemplari.

**Cap. XXI. v. 5.** Non te turbet quod in hac prophētia aſinūm masculino genere vertimus. Ad id enim et auctor̄ enarratio nos coēgit et Graecum vocabulum ἔρος, quod tam aſinūm significat,

<sup>3)</sup> Forte haec in margine sui Codicis reperit Hentenius.

quam asinam, id permittit, maxime quum hic careat articulo. Praeterea apud Zachariam litera ζο: interpretum non habet ἔνον sed ὑποσύγιον. I. subiugale. In Hebraica autem origine haec dictio חמור hamor, asinum masculino genere ubi- que significat.

Ibid. v. 7. Ad vocabula: super ea: Hanc commode adiunxit expositionem, quod apud Graecos αὐτῶν sensum faciat ambiguum. Vide autem in nostris additiunculis, quas de varia exemplario-ruin lectione in principio libri adiunxiimus.

Ibid. 9. ad vocabulum: hymnum: Hinc plane liquet autorem nostrum utpote Hebraicarum literarum ignarum ad eundem cum Hilario impegnisse lapidem. Nam נָשִׁיעָה הוֹשִׁיעָה hosia na, dictiones duae sunt, quarum prior hosia imperatius est tertiae Hebraeorum coniugationis, significans idem quod saluum fac: cuius fons siue radix quam vocant est עַשְׂיוֹ iasa, id est, saluavit: altera pars interiectio est efflagitantis vel obtestantis, ac si dicas, saluum fac obsecro, ut habetur Psalmo 117. Potest etiam dictum verbum in praedicta imperatiui persona habere עַשְׂיוֹ hosia, ut dicatur, נָשִׁיעָה הוֹשִׁיעָה hosia na: et ita nostri verterunt. Quod autem dicitur, Hosia na filio David, et Hosia na in excelsis, phrasim opinamus esse Hebraeorum, qui hosia na tanquam particulam bene ominantis vel precantis et acclamantis, variis addere solent dictionibus, ut τῷ οἴων capiatur pro τῷ οἴων quemadmodum ὦ apud Hebreos articulus datiui, non nunquam etiam designat accusatiuum: Et ἐν τοῖς υψίσιοις capiatur pro ὀ ἐν τοῖς υψίσιοις qui es in excelsis: sicut ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, qui es in coelis. Est ergo sensus: fal-

uum fac obsecro filium Dauid: et saluum fac obsecro tu qui es in excelsis:

Cap. XXIV. v. 29. ad vocabula: per defluxum: Quum omnia, quae hactenus viderim exemplaria habent *ἀπορία* apud Lucam, hoc est, desperatio ne aut consilii inopia: et sic iungi videatur praecedentibus: autor hic legisse videtur *ἀποργόντια*, hoc est, defluxu, et iungit sequentibus.

Cap. XXVI. v. 1. ad vocabula: decimo tertio vero etc. Memento autorem nostrum in his omnibus sequi dogma Graecorum, quum ipse Graecus esset.

Ibid. v. 36. ad vocabulum: Gethsemane: Quod Hebraeis sonat vallem pinguedinum. Siquidem גַת נֶסֶת Ge vallem significat, et שְׁמִן Semen pinguedinem vel oleum. Vnde גָּוֹשְׁמָנִים Gesemanum vallem oliuarum vel pinguedinum.

Ibid. v. 39. ad vocabula: Hebraica est: Imo אָבָא abba Chaldaicum potius est: nam Hebrewi אָב ab dicunt.

Ibid. v. 45. ad vocabulum: *ἀπέχεις*: Propterea nos in Marco traduximus Completum est.

Ibid. v. 50. ad vocabula: ad quod venisti: Quod Graece habetur ἐσθίω, capi potest pro ad quid et pro ad quod vel propter quod, interrogatiue videlicet, vel relatiue capto.

Ibid. v. 52. ad vocabula: vtendum esse gladio: Locusitur de priuata persona.

Cap. XXVII. v. 8. ad vocabulum: Acheldema: Syris enim הַקְלֵל hacal agrum sonat et נְסָרֶה déma sanguinem, et ita dicit se legisse Munsterus in Graecis et vetustis Latinis exemplaribus.

Ibid. v. 33. ad vocabulum: Golgotha: גָּולְגָּלָת gul goleth, hoc est, caput aut cranium, siue calvaria: quanquam Munsterus afferit esse Chaldaicum

ac dici גולגולתא golgoltha, et ita dicit se inuenisse in vetustis exemplaribus Latinis. Nam Christus usus est, inquit, lingua vulgari inter Hebraeos, quae tunc Chaldaea erat, seu Syriaca magis quam Hebraea.

Ibid. v. 37. ad vocabula: apud Romanos causa dicitur: Hinc apparet autorem nostrum nec Latine calluisse. Dicitur enim titulus a tueor, scriptura videlicet, libro, statuae, aut cuiquam alii apposita: quae autorem aut eum cui apponitur a plagiariis, vel aliis quibusuis tuetur.

Ibid. v. 46. ad vocabula: deus meus: Vide obsecro, quanta sit miseratione dignus qui in ignota versatur lingua. Quanquam enim apud Marcum scriptorum incuria legatur: Eloi Eloi: apud quem etiam eadem causa pronomen Meus, semel tantum ponitur, haud dubium tamen est, quia uterque aut Hebraicis aut Graecis literis scriptum reliquerit, quod Psalmo vicesimo primo dixit David: puta אלי למה עזובתני Eli Eli lama azabani, aut Chaldaice, sebastani: Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me. Musterus tamen dicit in vetustis exemplaribus Graecis et Latinis se incorruptam inuenisse dictionem Chaldaicam שבקחני Sebaстani: Nam a reditu Iudeorum e captiuitate Babylonica ad Christum natum vix 515. anni intercesserunt, et ita vulgo adhuc Chaldaice magis, quam Hebraice loquebantur. Itaque Christus sermoni vulgi suum accommodabat sermonem.

### *Ad euangelium Marci.*

Cap. I. v. 27. ad vocabula: Quod est hoc verbum? Phrasis est potius Hebraica, ut verbum pro re

vel facto ponatur, quemadmodum ante libri exordium praefati sumus.

Ibid. v. 45. ad vocabula: disseminabat verbum: Et hic quoque phrasis est Hebraica, ut verbum pro facto ponatur.

Cap. III. v. 17. ad vocabulum: Boanerges: Nam **בְּנֵי רֱגָשׁ** bene filios sonat Hebraeis, et reges tonitru aut fremitum. Potius tamen legendum est **בְּנֵי רֱגָשׁ** benaia reges, et est Chaldaicum ac sonat filios tumultus.

Ibid. v. 21. ad vocabulum **αὐτόν**. Potest ergo dictio **αὐτόν** eum, referri ad Iesum et ad turbam: nomen enim **οὐχλός** quod turbam significat, etiam masculinum est.

Ibid. eodem. ad vocabulum: **ἐξέτη**. Verbum quidem **ἐξέτη**, significat, in excessum versus est: vel, in furorem versus est: vel, excessit.

Cap. V. v. 41. ad vocabulum: Talitha: Potius legendum esset **תַּלִּיתָה** taliatha ut i sit consonans et est Chaldaica dictio, atque hoc modo scriptum inuenitur in nonnullis vetustis exemplaribus tam Graecis, quam Latinis.

Cap. VII. v. 34. ad vocabulum: Ephphatha: **אֶפְחָתָה** eppetach, apertus esto, imperatiuus passiuus est primae Chaldaeorum coniugationis.

Cap. XII. v. 30. Quanquam in nostro exemplari non habeatur, **καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἵσχυος σου**, arbitror tamen id librarii vitio omissum esse, maxime quum in sequentibus verbis ipsius scribae, inter alia repetatur: Ex tota virtute: et id etiam habeat editio Complutensis et translatio vulgata.

Ibid. v. 36. ad vocabulum: dicit: Haec videlicet Hebraica dictio Psalmi 110. iuxta Hebraeorum divisionem, **מִנְסָד** neum.

Ibid. v. 41. ad vocabulum: gazophylacium: Nam γάζα thesaurus est et φυλάττω custodio.

Ibid. v. 44. ad vocabula: minuta et comminuta: Minuta comminuta siue attenuata, apud Graecos pulchra est allusio quum dicunt, λεπτὰ λεπτυνθέντα.

Cap. XIV. v. 13. ad vocabula: in ciuitatem: Vide annotationem quae habetur super illud Matth. 63. Ite in ciuitatem ad quendam et caet.

### *Ad euangelium Lucae.*

Cap. I. v. 15. ad vocabulum: inebriare: A verbo οἰνός sachar, quod inebriare sonat.

Ibid. v. 37. ad vocabulum: verbum: Potius i. omne factibile, vel omnis res per phrasim Hebraicam.

Cap. II. v. 7. ad vocabula: irrationalitate et brutalitate: Non potuimus uno verbo eam reddere consonantiam vel allusionem, quae pulchre apud Graecos appareret, quum dicunt λόγος καὶ ἀλογος, hoc est, verbum siue ratio et irrationalis.

Ibid. v. 17. ad vocabulum: διεγγάρισσαι: Potius tamen διεγγάρισσαι hoc est notum fecerunt, Vel diuulgauerunt, ob id potissimum quod protinus sequitur, Et omnes qui audierunt, mirati sunt et caet.

Ibid. v. 43. ad vocabulum: sine literis: Ex his verbis, simulque et ab iis quae paulo post habentur super eo verbo, Et viso eo obstupuerunt, apparet autorem sentire, quod virgo hoc tempore non cognouerit Iesum fuisse deum: non tamen ita sentit, quod patet ex illius dicti enarratione: Et mater eius conseruabat omnia verba haec in corde suo, quod paulo post praedicta sequitur.

Cap. III. v. 24. Veram nominum huius genealogiae orthographiam ad Hebreorum fontem reductam

in nostris annotationibus de varia exemplariorum lectione in huius libri exordio inuenies circa hunc locum.

Cap. VIII. v. 48. ad vocabulum: sanguinaria: Allusio est apud Graecos quando dicunt Φοινίκος ἥτος Φοινίκος. i. sanguinarius siue mortifer.

Cap. X. v. 26. ad vocabulum: τι Ex hoc<sup>4)</sup> autoris scholio videtur iuxta mentem eius legendum in litera Quod, ut pro substantiuo habeat, praecipuum, quod facile subauditur. Nam Graeci eadem dictione τι, efferunt Quid et Quod.

Ibid. v. 34. ad vocabulum: κτῆνος. Nam κτῆνος, pro quo hie habemus iumentum, dicitur τὸ τὰ κτείνεσθαι, id est occidi, quia pecus siue iumentum mactationi nascitur: vel mactari et immolari solet.

Cap. XII. v. 53. ad vocabula: pater esse mens: Graecis enim νοῦς. i. mens masculinum est sicut et νόημα. i. cogitatio neutrum. καρδία vero. i. cor foemininum, sicut ἐπιθυμία. i. cupiditas vel concupiscentia.

Cap. XV. v. 21. ad vocabula: gratiam et gaudium: Allusio est apud Graecos inter χάριν et χαράν, hoc est, gratiam et gaudium.

Cap. XVI. v. 19. ad interpretationem vocabulorum: Homo quidam erat diues: Tanquam Graecus sequitur dogma Graecorum.

Ibid. v. 23. ad vocabula: Gregorius Dialogus: Gregorium primum, Romanum pontificem, Graeci cognoscere.

4) Ut lectores hanc Hentenii animadversionem intelligant, tenendum est, eum ita edidisse:

v. 26. Ipse vero dixit ad eum: In lege quod scriptum est? Deinde subiicitur scholium: Maius praeceptum. Tum textus rursus: Quomodo legis? Et scholium: Maiora legis praecepta: de maioribus namque ipsum interrogauit.

cognominarunt Dialogus, ut manifestum est ex concione quadam de orando pro defunctis, quae Damasceni operibus inseritur. Opinor autem id cognominis ipsos illi tribuisse, quo hunc a Theologo vel Nysseno distinguerent, habentes fortassis huius libellum Dialogorum in Graecam linguam versum.

**Cap. XXI. v. 25.** ad vocabulum: defluxum: Quaere quam posuimus annotatiunculam ca. iuxta Mattheum 24. secundum numerum Latinorum ad illud dictum: Statim autem post afflictione die rum illorum et caet.

**Cap. XXIII. v. 43.** ad vocabula: nondum enim quisquam etc. Diximus iam alibi, quod Graecorum dogma sequatur, nempe Graecus.

### *Ad euangelium Ioannis.*

**Cap. I. v. 43.** ad vocabulum: Cephas: Munsterus dicit legendum esse ΚΙΦΑ Chepha, quod sonat petram, et dictionem esse Chaldaicam.

**Ibidem.** ad vocabula: Sarai vero Saram: Iuxta 70. translationem quae prius Sara dicebatur, postea dicta est Sarra litteræ videlicet adiectione, sicut etiam factum est in nomine mariti. In Hebraica autem et Chaldaica litera; Abraham quidem dictus est litteræ additione, Sara vero quae prius Sarai, litteræ iod ademptione.

**Cap. II. v. 24.** Haec diuersa oritur interpretatio, quod πάντα, pro quo in vulgari translatione legitur Omnes, Graecis accusatiuus est masculinus singularis, aut neutrius generis pluralis, et ita verti potest in Omnem aut Omnia. Plurima tamen exemplaria Graeca habent πάντας, hoc est, Omnes, et ita legisse videtur qui vulgarem edit translationem.

Cap. V. v. 2. ad vocabulum: Bethesda: **Imo**, potius legendum בֵּית־חִזְוֹדָא Bethsaïda, hoc est, domus p̄ficationis: et est loquutio ac phrasis Chaldaica. Sic etiam dicunt, domum semenis, agrum: domum iumenti, stabulum, et sic de aliis.

Cap. IX. v. 7. ad vocabulum: Silohe: **שֶׁלַח** Salach Hebraeis significat Misit. Inde **שִׁילָח** Siloach. i. Missus.

Ibid. v. 15. ad vocabula: quomodo aperuit oculos tuos? Videtur indubie auctor noster hoc loco legisse quod postea habetur, πῶς ἤνοιξέ σου τοὺς ὄφθαλμούς; Vnde ibi etiam dicit illos ad prium quæsitum reuerti. Pari modo et Chrysost. et Theophylact. legisse videntur. Aut hoc intellige de his qui antea interrogauerunt eum, Quomodo aperi sunt tibi oculi?

Cap. XIV. v. 3. ad vocabula: Quanquam enim moriuntur etc. Iam saepius diximus, illud esse dogma Graecorum, de quo vide ante libri exordium in epistola ad lectorem.

Ibid. v. 16. ad vocabula: ab illo procedens: Tangit hic dogma Graecorum, de quo vide ante libri exordium in epistola ad lectorem.

Cap. XV. v. 14. ad vocabula: vos amici mei estis: Etiam hoc loco praesens εστε estis, pro futuro εστε eritis accipitur, veluti post pauca dicet auctor: sicut paulo ante dixit εδοξάθη glorificatus est, capi pro glorificabitur, et Φέγητε adferatis, pro attuleritis, et frequenter alibi.

Ibid. v. 26. ad vocabula: Procedit itaque etc. Rursum hic apertius tangit dogma Graecorum.

Cap. XVII. v. 2. ad vocabula: virtus voluntaria: Graecis suavis est allusio, quum dicunt, αἰցετή γαρ η αἴγετή. voluntaria enim est virtus.

Ibid.

Ibid. v. 12. ad vocabulum: perditionis: Potius phrasis dicatur esse Hebraica sicut diximus ante libri exordium, hoc est filius perditus.

Cap. XIX. v. 13. ad vocabulum: Gabatha: גָבַתָה Gabatha latinis sonat eminens siue excelsum. Verisimile est enim fuisse stratum lapideum eminens; iudicio accommodatum. Est et dictio Chaldaica.

### *Animaduersiones Editoris ad Latinam Ioannis Hentenii interpretationem.*

Etsi Hentenii interpretatio, ex uno libro scripto expressa, ita in plerisque locis, quantum quidem utriusque linguae patitur diuersitas, fidelis est, ut Codicis auctoritatē in constituendo Euthymii contextu habere possit: tamen occurunt loca, siue interpretis, siue Codicis, quo usus est, culpa, in quibus aliquis possit offendere. Ea hic deinceps notaui et ex meis Codicibus correxi.

### *Ad euangelium Matthaei.*

Pag. 14. vers. 29. Euangelistae in inscriptionibus (librorum suorum) euangelium appellarunt narrationem (suam.)

25, 23. εἰσῆλθε — ὡς εἰς πόργην. Ita habet etiam Chrysost. T. VI. p. 275. A. εὗτως ὁ εἰσιὼν εἰς γυναικας ἀλλοτριαν. Pro quo est Proverb. VI, 29. εὕτως ὁ εἰσελθὼν πρὸς γυναικας ὑπανδρεον.

- 38, 26. Quod sciebat, tantum abesse, ut sibi fides haberetur, ut magis etiam irritaret, (ad iram, ad vindictam Iosephum) si culpam conaretur celare.
- 50, 17. Donec — reposita sunt. Ita Latini non nulli habent, notante Sabatierio. Sed Graecum discrepat.
- 52, 21. Pendere tributa. Forte φόροι aut φόρους, pro φιλίᾳ, legit. Redde: amicitiam exhibere. Ita εὐποίησαν καταβάλλεθαι. Alciphr. p. 43.
- 56, 19. Accederent. Videtur leguisse ἐπῆλθον, quod non displicet.
- 62, 21. Immortalem. Ἀνάλωτον, qui capi nequit. Idem vocabulum occurrit pag. 71. penult.
- Ib. 24. Superstitem esse. Περιγενέθαι, superare, vincere.
- 64, 21. Tulit. Suscepit, sustulit.
- 68, 31. Quasi facto. Quasi signis, quasi omnibus.
- 70, 10. Citius credentes. Obedientes.
- 72, 12. Simul etiam, quod Babylonia et Aegyptus in orbe terrarum maxime incensae erant impietatis flamma.
- 84, 22. Amplius non rex (erat,) sed procurator seu praeses Iudeae Pilatus a Tiberio Caesare Roma missus erat.
- 90, 21. Pannum et simplicitatem eorum. Pannum habet etiam editio princeps Louaniensis. Habebam pro errore typothetae, credebamque interpretem voluisse parcum. Reddo: Meminit etiam victus et amictus eius, ostendens eum tenuem et facile parabilem. (Subitarium.)
- 92, 1. Virgulta. Cacumina. Ita apud Philon. p. 475. *Der Kopf der Pflanze.*
- 94, 6. Non parum auertebat metum. Ac solus visus multa res fulgebat pietate.
96. In nota. χαλάνης est ex Genes. X, 10. vbi tamen scribitur χαλάνη. Ita habet etiam Epiphanius

nus T. I. p. 7. C. Sed Cyrilus Alexandr. Tom. VI. p. 2. R. in Collectaneis habet: *οἱ τὸν τῆς χαλάνης πύργον οἰκοδεμεῖντες.*

98, 20. Προηγουμένως, non est, erumpendo, sed praecipue, in primis.

Ibid. Post sermonem, ita legendum: ut qui sapientiores videbantur: per eos autem haec illis etc.

104, 28. Nostris quidem maioribus. Redde: Potissimum autem.

106, 14. Operatores. Υπὸ ad γεωργ. non ad συναγ. refertur. Ad quam omnes (homines) domini cura (tanquam agri, segetes aut fructus) culti. Ita Corinthii appellantur 1 Cor. 3, 9. Θεοῦ γεώργιοι.

108, 3. Poenit. act. demonstrarent. Ut resipiscerent, ut aliam mente in duerent.

Ibid. 5. ὅτι in versione omittendum erat, non redditum Quod.

Ibid. vlt. et fol. 110, 1. καταβάλλειν non recte redditum est fallere, decipere, quamquam prius ferri possit. Καταβάλλειν est hostem de statu deiicere, vincere. Ergo, ut opprimam — qui oppressit.

110, 21. Deest, post baptizatorum, is, qui baptizabat. Ibid. αὐθεῖς, non est, post confessio- nem, sed: et tunc missus, dimissus.

114, 9. Siue coena mystica. Haec de suo videtur addidisse. In meis non est, οἵτοι τοῦ μυστικοῦ δείπνου.

118, 25. Ut videatur, ad demonstrandum eum esse filium dei, petere.

118, 30. Certe. Forte post ἔχων reperit δῆθεν, idque reddidit certe.

120, 17. Observandum. Videtur leguisse, παρατηρητέον. Infra 135, 8. ἀπαρατηρήτως prorsus neglexit.

- 122, 15. Procedere. Imo, quaerere, petere.
- Ib. 16. Quanquam etc. cum prius non fecerit, non factum sit.
- 126, 18. Ideo. Cur.
- 130, 5. Praedam. Non repugnabo, si quis accepit de Christo capiente et vincente diabolum, qui Christum capere et vincere voluerat. Locus similis est etiam Tom. XII. p. 356. C. μόνη διελέγετο, [τῇ σαμαρείτιδι] τοὺς μαθητὰς ἐπίτηδες εἰς τὴν ἀγορὰν πέμψας· οὐαὶ μὴ πτούσῃ τὴν ἀγοράν. Item ibid. p. 379. A. καὶ μὴ σοβήσῃ τὴν ἀγοράν.
- 134, 25. Testamento. Vix putem, διαθήκης reperitum esse ab Hentenio in Codice. Malum equidem intelligere πολιτείας, quod paullo inferius legitur.
- 144, 14. Imprimitur. Noscitur, signatur. Χαρακτηρίζειν, notam rei imprimere, signare.
- 146, 19. Ob ea, quae quis patitur. Ob rem terrestrem, ob casum, ob infortunium humanum.
- 148, 1. Δευτῆλ in nullo meorum legitur.
- Ib. 9. Forte inuenit σωμάτων ἴδιων.
- Ib. 12. Suas aegritudines. Peccata sua.
- 152, 7. Tanquam — potentem. Ut concessum est naturae humanae.
- Ib. 25. Prauum. Deterius.
- Ib. 29. Ad deum. Dei.
- 154, 6. Speciem — visionis. Imaginem diuinæ formæ eorum, qui habuerunt imaginem cœlestis. Sine ullo dubio fit allusio ad 1 Cor. 15, 49. Igitur dubito de integritate lectionis. Aut enim Φορετόντων legendum, aut loco ἐπουρησίου corrīendum χαικοῦ. Sed istud facilius est. Hentenius haec prorsus praetermisit.

- Ib. 9. Remuneracionem — accedunt. Communicationem, quae fit per gratiam, eorum bonorum, quae deus per naturam habet.
- Ib. 19. Acceptae. Memoratae.
- 156, 11. Utinam — desiderabilia. Cum ea, quae omnibus videntur fugienda, omnibus sunt exceptanda, propter praemiorum magnitudinem?
- 160, 21. Loco Hoc, lege, Quod si.
- 162, 21, 22, 23. Malim, ad vitam caute seu prudenter ac tuto agendum. Ἐναγαρίου autem reddiderim, fortes, constantes.
- 166, 3. Per — solet. Se ipsam illustrare, patet facere.
- Ib. 2. Incidere. Munire. Graece eleganter, τέμνεσθαι οδόν. Sed hunc tropum Latini non sunt imitati, nisi forte ubi sermo sit de rupibus.
- 168, 23. Quia — perfecit. Imperfecto per perfectum superato. ἀποκρύπτειν notionem superandi habet, quod orto sole ceterae stellae euangeliscent.
- 170, 27. Quamuis — excelsa. Videtur legisse, aut certe ita reddidisse, ac si repererit, καὶ μεγάλας ἦσι, quod mihi valde probatur.
- 174, 7. Et his — praecepta. Et cuiusmodi (certamina) praecipiunt mandata Christi. Est uberior explicatio τοῦ μεγάλους αὐγῶν.
- Ib. 10. Opposuit. Pro magnitudine iussit, constituit.
- 176, 13. Hasque relinquit. Hisque relinquit, hisque concedit et permittit.
- 178, 23. Qum, pro Quia, scribendum videtur.
- 184, 25. Verisimile — vicerit. Hentenius ita redidit, ac si repererit: εἰκὸς γὰρ εἰντιδικον διαμένειν καὶ ὄπωσδήποτε περιγενόμενόν σου. Quod etsi non ineptum est, tamen nulla adest causa idonea, cum lectio meorum Codicium sollicitetur.

- 194, 14. Duobus vocabulis expressit λαίμαργον.  
 Nec tamen mihi probabile est, duo fuisse in  
 Graeco. Nec proximum ἀπειθῆς sollicito.  
 Ἀπειθῆς, qui difficulter sibi persuaderi patitur.  
 Non ergo opus est altero ἀπιστοι.
- Ib. 23. Infantum more viuentibus. Sed νηπιάζεσ-  
 σεις et νηπιοι non differt.
- 196, 16. Miror, interpretem ὅτι expressisse per  
 quod, cum id in talibus redundet.
- Ib. 18. Plus quam despere. Seuerius, grauius pu-  
 nitum iri.
- Ib. 19. Adhuc amplius. Etiam grauius.
- 198, 10. Distinxit. Separatiim dixit, praecepit.
- 200, 29. Quam viae — subministrare. Cum illi  
 (oculus) viae dux sit, hic (deus) alimentorum mi-  
 nister.
- 206, 29. Docendo ac sanando.
- 208, 9. Ut sic — commutandis. Haec aliena sunt.  
 Euthymius hic tantum explicabat τελῶναι, voca-  
 bulo sua aetate consueto, commerciarii.
- 210, 2. Pro compassio praedicetur. Ab eo, cu-  
 ius misertus est, praedicetur.
- 212, 13. Propter humanam comitatem. Studio  
 placendi hominibus.
- 220, 11. Colloquentes, ob humilia. Profitentes,  
 contra humiles.
- Ib. 27. In quo — virtutes. Et quia in eo sunt vir-  
 tutes, potestates ab omni materiae concretione  
 liberae. Δυνάμεις ἀύλαι, sunt angeli.
- Ib. 28. Quibus datur requies. In quibus acquiescit,  
 quibus laetatur deus.
- 228, 22. Ab iis cau. debemus. Deprecande sunt.
- Ib. Vlt. Solum etc. Definiit, praecepit autem  
 precari ab illo solo liberari.
- 238, 4. Ostendens etc. Ostendens, se non tam  
 illorum, quam tua causa haec praecepisse, ita,

- vt, etiamsi nemo illorum molestus sit, tu tamen  
diuitias continebas easque distribuas egenis.
- Ib. 30. Hic rursus ὅτι frustra reddidit Quod.
- 244, 10. Aptari. Explicari.
- Ib. 11. Quandoque — solliciti. Quando sola men-  
te sunt solliciti.
- Ib. 13. Aliquando et. Quando.
- 246, 4. Amplius sese deiicere. Acrius monere. Ita  
Cinnamus dixit p. 84. πιηροτάτοις αὐτοῦ καθίκε-  
το λόγοις. Et Aeschines Socr. III, 15. τὰ δυ-  
νάμενα καθικέθαι τῆς ψυχῆς.
- 250, 28. Amantis more — dicat. Interrogat enim  
dicens. Interpres videtur legisse ἐρωτικῶς.
- Ib. 30. Possessio. Videtur ergo Hentenius etiam  
reperisse κτήμα. Malim tamen κτίσμα. Ia-  
cob. I, 18.
- 252, 27. Scientiam ac prouidentiam. Voluntatem  
et potestatem.
- 256, 21. Et ad hoc — viuere. Propterea hoc  
maxime oportet quaerere.
264. Antepenult. conuictiaris. Patefacis, diuulgas.
- 268, 7. Deo — assimilentur. Assimilari autem  
deo et dijudicare indignos.
- 292, 2. Intelligentis — operationem. Intelligibi-  
lem mentis domum.
- 298, 19. Doctrinam sublimem. Sola verba.
- 300, 25. Pulchritudine — peccati. Cum ergo  
pulchritudini mentis nostrae lepra peccati detri-  
mentosa fuerit.
- 310, 6. Existimantes. Expectantes.
- 312, 3. Deprecantis. Αὐτῆς, i. e. τῆς Θεομα-  
τουργίας, fortasse in suo Codice non inuenierat  
Hentenius. Redde: fides eius, qui ea (Θεομα-  
τουργία) eget.

- 314, 20. Dissolueretur. Cruciatetur. Aliquoties in hoc vocabulo offendit interpres. Vix ergo putem illum inuenisse καταλυθέντος.
- 326, 8. Poena. Forte τιμωρίας inuenit.
- 328, 26. Et alii unum, alii aliud. Forte legit, οὐ γάρ ἀλλοι τὸ ἐν, ἀλλοι ἀλλο.
- 332, 23. Oscitantes, non est in Graeco. Nescio; quid loco εὐέλευτον, i. e. facile refutandum, legerit. Mox: Viri accuratam Iudeae habentes notitiam.
- 334, 11. Sed, alienum est. Mortuorum animi, daemones facili, ad suorum corporum sepulcra remanent et quibusdam.
- 338, 22. Quibus Yermone. Iis nimirum, qui ratione corriguntur.
- 344, 8. Nempe deum. Abesse debet, nempe. Forte tamen legit: εἰς δηλαδὴ ὁ Θεός.
- 346, 5. Facilius, vtrum dicere hoc, an.
- 350, 27. Αὐτίκα, non est, statim, sed, exempli causa.
- 354, 12. Est fornicator. Videtur ergo legisse γένος, loco γένος. Niſi vulgatam Latinam, ut solet, expressit.
- 358, 23. Filios autem thalami dicit, aptos ad desponsationem. Νύμφων, est locus, domus, ubi nuptiae celebrantur. Νύμφευσις est desponsatio. Sed οἰκεῖος ambiguum est in Graeco. Notat enim et domesticum, seu familiarein, deinde etiam aptum et idoneum. Eodem modo erratum est p. 360. vers. 1. 2.
- 364, 3. Iam iam morituram. Nescio, an legerit ἐκπνέουσαν. Sed ἐμπνέουσαν, adhuc spirantem, hic etiam locum habet.
- 372, 12. Eiecit et eiecto soluta sunt vincula, intellexit autem et.

- 375, 22. De lectione ἐσκυλμένοις oblitus fueram addere, Chrysostomum hunc locum interpretari etiam Tom. XII. p. 390. atque ibidem B. habere τὰ πληθὴ ἐσκυλμένα.
- 376, 22. De ventilabro, area, tritico.
- 378, 7. Etiam dignitatem. Etiam alios. Forte pro ἑτέρους legebatur ἄλλους, e quo deinde factum est αἴγια.
- 410, 2. Mordentes. Ac si legerit, δάκνοντας. Mox simplex κωμαδοῦντας legitur.
- 422, 9. 10. Sentit — intelligit. In Graeco est solum αἴποφαινεταί, quod reddi potest, loquitur, sententiam dicit.
- 428, Penult. a domo. Hoc obscurum est. Malim, aut domestica consuetudine, aut a natuitate.
- 432, 16. Curat. Etiam hoc obscurum. Malim, temperat, modum ponit huic laudum magnitudini.
- 446, 9. Sunt autem etc. Significantissimum autem, vsque ad coelum et vsque ad infernos. Siquidem etc.
- 448, 4. Ut capite — huius. Haec in meis Codd. absunt.
- 454, 13. Praeterea etc. Rursus autem humilitatem eis proposuit, commendauit.
- Ib. 18. Humilitas etc. Huimilis enim (corde) omnina, quae patitur, secundum rationem pati existimans.
- 458, 28. Animalia pascerent. Exta, carnes, searent et diuiderent.
- 464, 3. Obtusum aspectum. Hebetes oculos, hebes ingenium.
- 492, 21. Medici. Vomentes.
- 504, 12. Salutis domum. Salutem suam. Sine sensu videtur legisse oīcas.

- 508, 18. Dixit — custodit. Dixit, quae voluntatem dei faciunt. Voluntas autem dei, seruare euangélica praecepta et salutem consequi.
- 510, 16. Tanquam — accederet. Tanquam de re domestica cum eo agere vellet.
- 514, 16. Vinolentia. Forte legerat οἰνωσις. Οἰνωσις est vana de se opinio.
- 522, 15. Post in istis haec addenda sunt, quae fortasse in suo Codice Hentenius non reperit: Propterea etiam ἀναπληρούται dixit, id est, prorsus completur, aut ἀναπληρούται simpliciter pro completur.
- 532, 20. Quousque doceant. Sententia est, antequam doceant.
- 536, 2. Non ablatos etc. Ita quidem, ut non interficiantur, sed ut priuentur facultate docendi et corrumpendi tritici seminati.
- 539, 16. Offendo in ὄλων. Hentenius omnibus, Forte ergo πάντων inuenit. Certe τῶν ὄλων debet esse.
- 542, 11. Consersionem. Commissionem.
- 574, 4. Nec omnino quiescens. Cumque prorsus non quiesceret. Ioannes nimirum.
- 582, 11. Egressi sunt. Videtur ergo legisse ἀπῆλθον. Atque ita in textū habet apud Marcum codex vterque meus.
- 602, versu a fine 6. Non iam ipsum. De Christo sermo est. Hentenius αὐτοὺς videtur legisse.
- 619, 4. Ad vocabula, ἀπελθεῖν εἰς, noto tantum locum fere similem supra p. 25, 23. Ibi est, ἐσῆλθε πρὸς αὐτὴν, ὡς εἰς πόρνην.
- 626, 15. De misis — sese obtulit. Micae autem intelliguntur curationes casu oblatae.
- 634, 5. Irascibilem. Tres animi facultates notat h. l. τὸ λογικὸν, τὸ ἐπιθυμητικὸν, τὸ θυμικόν. Sed τὸ θυμικὸν latius patet, quam ut uno vocabulo

bulo irascibile reddi possit. Vide scholia ad Sy-  
nel. T. I. p. 99.

640, 4. Ab imo cordis. Videtur ergo alterum  $\alpha\pi\theta$   
in suo Codice non reperisse.

Ibid. 11. Apparentiam a coelo. Superficiem coeli.  
650, a fine versu penult. et 6. Bis Φρόνημα reddidit  
prudentiam. Malum mentem reddere.

654, 2. Abunde honoratum. A gloriae studio  
alienum.

658, penult. Videtur legisse,  $\omega\varsigma \gamma\eta\sigma\varsigma \varphi\iota\lambda\varsigma$ .

666, 18. Praemittens. Addens. Forte legit προ-  
 $\tau\vartheta\epsilon\varsigma$ . Aut siglam inuenit πρτιθείς, quae προ-  
 $\tau\vartheta\epsilon\varsigma$  notat.

668, 23. Ideo autem. Cur autem. Pro διατι,  
videtur inuenisse διότι, quod tamen locum non  
habet.

674, a fine 5. Quid autem. Forte legit τι δε — αυ-  
τῷ; τοῦτο ἐδίδαξε.

683, 25. Πλήρωμα γάρ — ὁ χριστός. Videtur hoc  
loco Euthymius confusus Rom. 10, 4. cuin 13,  
10. Idem accedit Cyrillo Alexandr. T. I. de  
adoratione p. 5.

692, 19. Hic enim — quod praecepit. Mei Co-  
dices hoc non agnoscunt. Nescio, an de suo  
addiderit Hentenius.

694, a fine 5. Ex mente placide composita. Εὐ-  
αγέσητος non est, mens placide composita, sed  
deo placens mentis compositio. Mox iterum  
εὐαγέσητον male reddidit placabilitatem. Cete-  
rum non ignoro, εὐαγεστιθαύ alibi esse, re ali-  
qua contentum esse, adeoque ea laetari. Eodem  
sensu dicitur etiam εὐαγέσητος. Sed hic de deo  
sermo est, cui homo probatur et placet.

696, a fine 10. Aut fumos. Immo, vapores.

700, a fine 2. Volens. Nolens.

- 706, 22. Ut dictum est. Haec paullo post inse-  
renda sunt, post habens.
- 724, Penult. affectus est. Affecit.
- 726, 5. Si sic. Forte legit: ἐνάργετος οὐτῶς αἰτῶν.
- 746, 1. 2. Haec referuntur ad vocabula: καὶ γα-  
μήσῃ ἀλλην. "Αλλην ergo, siue coniugem, siue  
virginem. Postrema huius scholii verba, secun-  
do — uxorem, de suo videtur adiecisse interpres.
- Ibid. 6. Tanquam — siquidem. Cum ista res dili-  
gentius tractaretur, cum ea res curiosius inquire-  
retur. Propterea graue admodum.
- 748, 18. Quantum — susceperunt. Quantum ob-  
libidinem reprehenduntur, vim ferri (auxilium  
ferri) superante etiam intemperantia.
- 750, 19. Et se suscipere. Se omitti debet.
- 770, 9. Accipere. Ponere, recensere. Nescio,  
quid legerit Hentenius loco ἐκθέσαι. Forte  
ἐκδέχεσθαι. Poterat etiam dicere θέσαι.
- Ib. 10. Similiter. Simul, uno loco, non per  
partes.
- 774, 10. Scopo adepto. Solum eius scopum con-  
secutos. Forte etiam pro δρεψαμένοις aliud in-  
uenit vocabulum. Certe equidein non memini  
alibi legere σκοπὸν δρέπεθαι. In mentem venie-  
bat, et si non satis probabatur, δρεξαμένοις, quod  
tamen frequentius genitium quam accusativum  
habet.
- 792, 19. Quodam — patri. Cui autem animam  
suam tradidit? Patri.
- 800, 10. Et ubique — necessitate. Et ubique solis  
necessariis contentum esse, solis necessariis ac-  
quiescere, sola necessaria curare.
- Ibid. 25. Aut faces. Forte ergo in suo Codice in-  
terpres reperit etiam δρεδούχοις.
- 820, 9. Captiuitatem. Cupiditatem, credo, voluit.
- 822, 14. Obaudierunt. Non obaudierunt.

- 830, 3. Concitarentur. Ipsi hic quoque ferrent sententiam et a se ipsis condemnarentur. Ἐξ-  
άγεν απόφασιν iunguntur.
- 838, 15. Gubernationem. Curam.
- 842, 8. Αὐτονομία difficulter redditur. Ergo inter-  
pres duplici modo reddidit, libertatem et suam  
legem. Et quod parabola sua lege vtitur. Αυ-  
τονομία proprie est ciuitatum, quae suis, id est,  
patrum et maiorum legibus et institutis vtitur.  
Parabola ergo αὐτόνομος est, quae vtitur con-  
suetudine et venia parabolarum, ad misericordiam para-  
bolam, minime pertinentia ad rem eam, cuius  
causa interposita est parabola.
- 850, 16. Consulentem. Suadentem.
- 854, 18. Efficta — occasione. Ficta a se narra-  
tione, ficto a se arguento.
- 856, 22. In statu poenarum. Poenae loco.
- 858, 2. Non ergo. Ergo. Interpres οὐκοῦν vide-  
tur legisse pro οὐκοῦν.
- 861, 1. Φωτοεἰδής, non est lux perpetua, sed lu-  
cidum.
- 862, 7. Ante dixerunt, addendum scribarum.
- 864, 19. Directus. Missus. Forte in Codice in-  
uenerat απευθυνθείς.
- 868, 22. De perfectis. Ultimo. Forte τῷ τέλεσσα  
legerat.
- 874, versu a fine 6. Tantum. In Graeco additur:  
sed et in aliis exiguis rebus.
- 892, penult. Interpres non cepit ἐπιμεμάσσαι τῷ  
Φόβῳ. Redde: Quoniam gehennae metu in-  
iectio eos non commouerat, quod scilicet futura  
est, terret eos ac certos reddit a calamitatibus.  
Sententia est: Quoniam ea, quae remota sunt,  
haud adeo metuant homines, periculis viciniis  
eos terret. Κατασφαλιζεθαι h. l. est omnem

dubitatem futurum poenarum tollere per poenas proxime futuras.

902, 9. Erexit se. Seditionem mouit, rebellauit.  
Notum est hoc sensu ἀνταίγεσιν et ἀνταρτησι.

904, 1. Certaminum praefectos. Ad certamina idoneos.

916, 10. Et fugam expeditam eam. Haec non sunt in Graeco. Forte autem voluit, et ad fugam. In Codice illo fortasse erat: ικούφην καὶ εὐσαλῆ πρὸς φυγήν.

Ib. 14. Et simul cum embrionibus ac lactentibus peribunt.

Ib. 19. Pusillanimis. Hoc non est in Graeco. Similem sententiam reperio in Catena Corderii ad h. l. ex Isidoro et apud Isidorum Lib. I. Epist. 212. Etiam in schedis meis inter inedita scholia esteiusmodi Seueri. Sed in his βραχύτατον non reperitur: ηπιώδες autem et ατελές. βραχύτατον interpretor, βραχυβιώτατον. Alia enim subesse sententia nequit. Forte Hentenius e suo Codice exscalpserat βραχύνουν, cuius exempla ignoro.

Ib. 22. Protendebant. Protendebat, dirigebat. Christus nimirum.

920, 7. Etiam — ferebantur. Et contra ubique dispersos ferebantur.

924, 4. Hentenius λέγεται videtur legisse loco γένηται, quod tamen minime probandum. Redde: si eis possibile sit.

934, 19. Pro priori εἴτι videtur inuenisse τότε. Deinde: facile a corde excidebant, non est in Graeco. Nam εὐεπίληπτος est ex επιλαθάνω, qui rerum facile obliuiscitur. Redde ergo: sed ut adhuc obliuiosos etiam certos reddit.

939, 19. Sedulo laborantem. Malim, iam efficacem.

- 950, 20. Tenacitate. Vitiosa parsimonia.
- 956, 23. Nullo delectu. Ita, vt non opus sit ad ea attendere.
- 958, 1. Vlt. Proficiscuntur ad. Lucrantur, cum frumento curant.
- 960, 18. Requiem et beatitudinem. Omnem beatitudinem. Forte pro πάσαν legit ἀνάπταυσιν aut ἀνάπταυλαν καὶ.
- 978, 2. Ut figura — disponendo. Ut figura (agnus paschalis, qui Christum praesignificauerat.) plane similiter suum haberet euentum.
- Ib. 13. Assequutus est. Legit.
- 980, 4. Propter quod illi mercedem. Propter quod illi nec mercedem.
- 986, 25. Ascita. Oblata.
- Ibid. 29. Illi responsum est. Excusationem habuit.
- 988, 10. et 12. Magistratibus. Euthymius de militibus Romanis accepit, non de praefectis templi. Ergo, ducibus, praefectis militum.
- 992, 7. et 8. Ad vesperam. Hoc ex Vulgata Latina videtur addidisse interpres.
- 1002, 10. Mutationem. Communicationem. Henc tenius fortasse inuenerat μετάμερψιν.
- 1012, 16. Apposuit. Forte Codex interpretis habebat παρέθηκε.
- 1018, 6. Aërea. Αέρις καὶ, non reperi in meis Codd.
- Ib. 23. Ad passionis tamen nomen. Ipso tamen passionis tempore.
- 1020, 24. Quae sunt. Quae sua sunt.
- 1022, 9. Pulcherrius etc. Qui pulcherrime de huiusmodi pascha differuit, philosophatus est.
- Ib. 23. Concertatione. Mora.
- 1030, penult. Qui in his versaretur. Qui horum fieret particeps.

- 1034, 15. Vlliis temporis. Continui tractus.  
 Ἀγωγὴν appellat cantum galli gallinacei continuum, distinctum tamen suis interuallis. Eas. dém enim voces aliquoties continuo repetit ac deinde requiescit.
- 1042, vers. 4. a fine. Timere. Dubitare. Ut deus enim norat, utrum fieri posset, nec ne. Haec ergo apud Hentenium exciderant. Pro ἐπιδοτήσει vero legisse videtur ὑπόδειλοίσας aut ὑπόδειδησαν.
- 1054, 12. Patienter enim expressit ei. Indulgenter patefecit ei.
- 1066, Antepenult. Nam apud iudices etc. Sciebant enim, se apud alios iudices eo non superiores fore. Ετέροις proflus neglectum. Τούτου autem non ad negotium, sed ad Christum refertur.
- 1068, 18. Duo diuersa. Duo non est in Graeco.
- 1070, 9. Veritatem deponit. Assentitur, ait, affirmat. Κατατίθεσαι est assentiri, comprobare, affirmare. συγκατατίθεσαι habet Luc. 23, 57. et hic paullo inferius Euthymius p. 1083.
- 1074, 25. Vacua. Immo causa. Forte κενὴ πρὸκλητη inuenierat.
- 1076, 24. Qualem reddidit. Quomodo affecit.
- 1082, 8. Nunc. Non est in Graeco.
- 1084, 17. Depositus etc. Laqueo solutus est. Forte κατετέθη legit.
- 1088, 3. Multis aliis verbis. Aliis dictis. Multis non est in Graeco.
- 1090, 5. Abducere. συναρπάσαι non est abducere sed repentino quodam impetu abripere, compellere et opprimere aliquem, ut aliquid faciat. Forte adducere scripsérat.
- Ib. 11. Similis etc. Professio quaedam est irreprehensibilis et plena modestiae.

- 1099, 5. Ergo Hentenius post γενέθλια iterum inuenit καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς.
- 1103, 23. Ante dicens addendum Ioannes.
- Ib. 25. Retraheret. Forte pro ἐκλύσας inuenit ἐλκύσας. Male.
- 1105, 1. Malim nunc ὁψὲ γοῦν ποτε. Forte enim ita inueniat interpres. Certe istud vel id indicare videtur.
- 1114, 25. Eo quod indecens saluatori fuisset. Quod seruator paucis contentus fuit. Aut propter frugalitatem, propter simplicitatem seruatoris. Forte in siglam incidit Hentenius ac coniecit ἀπρόπτες, quod tamen huic constructioni non conuenit.
- 1122, 15. Sua malitia. Ac si legerit ἐκ κακουργίας. Ut ego edidi, κακουργίας referuntur ad αἰτίαν.
- Ib. 16. Affigere aut diuulgare. In Graeco est tantum ἐπιφημίζειν, quod est rei nomen dare. Reddas: ne quid aliud criminis dare possent Christo.
- Ib. 20. In altum positae. Ἀνακένθας dicitur, quicquid publice aut in publico loco scriptum aut possumt est. Redde: Cum vero titulus ille publice expositus luculenter regem eum declararet.
- 1124, 7. Dicit enim. Malim etiam ante dicit et post specans duo puncta ponere.
- Ib. 8. Pro utque malim, et ut.
- Ib. Laborans. Laborarunt.
- Ib. 9. Modis omnibus faciens. Omnia fecerunt.
- 1126, 20. Aut iusti. Nec iusti profecto iusti. Omisit interpres πάντως δίκαιοι.
- 1128, 4. Laborum. Malim dolorum, aut, crenatus.
- 1134, 7. Absurdum ac irrationabile. In Graeco vnum est vocabulum παραλόγω. Παρελόγον sane est id, quod fit παρὰ λόγον, contra rationem.

nein. Malum tamen, inusitatum, inauditum, stupendum, horrendum.

Ib. 13. Luceinque daturi. Et splendituri. Nimirum pietate et virtutibus.

Ib. 26. Quod autem — accipe. *Accipe* prorsus non est in Graeco. Breuius reddas: Quod vero probabilius. Εγμνεία χαριεσέρα est interpretatio probabilius, acutior, subtilior, verior.

1138, 16. Post illud, omissum, *videntes*, quae fiebant.

Ibid. Ante dolorem adde: non audentes enim loqui, propter metum principum sacerdotum, percutiebant (plangebant) pectora sua. Forte haec exciderant ex Codice Hentenii.

1140, versu a fine 3. Viscerum inflammatione. In libello medico haec ita ad verbum redditum esse, nemo reprehendat. Hic autem non propriè, sed translate loquitur. Φλεγμονή σπλαγχνῶν ergo est dolor acutissimus. Redde: acerrimo dolore, summa tristitia.

Ib. vlt. Naturae aculeos. Φύσις hoc loco notat affectionem matris aduersus filium. Redde: propter vehementiam materni affectus.

1146, 13. In altari. In Graeco non leguntur. Forte perspicuitatis causa haec addidit interpres.

1168, 14. Ob splendorēm: Ob facilitatem, celeritatem. Nescio sāne, quid legerit interpres. Forte τῷ ὥραιῳ, loco τῷ ἡράδιῳ.

1174, versu a fine 4. Praecipuus. In uno, dux, princeps.

1186, 22. Ab uno montere. *Vno* redundant.

1188, 2. Perfecti ac vniuersalis. *Vniuersalis* prorsus alienum est. Παντέλεος est perfectus, perfectissimus. Ita πανεύριος.

Ad

*Ad euangelium Marti.*

- Pag. 18, v. 3. Tollens. Legit ergo ἄρες, loco  
ἄρες. Corrigendum erat hoc ex LXX.
- 28, 8. Etiam nunc. Corrige, nouam. Hentenius  
loco κανήν videtur inuenisse καὶ νῦν.
- 84, 4. Tale quippiam. Videtur ergo leguisse τοιοῦ-  
τόν τι, quod nec mihi displicet. Supra pag. 81.  
vers. 13. de re eadem est, τοιοῦτον θαῦμα.
- Ib. 16. Modo puellaliam. Forte ergo legit, Ἐπε-  
δὴ καὶ παιδίον καὶ κοράσιον ταύτην.
- 88, 5. Imo — est allatura. Multa hic Hentenius  
vel ex Codice suo, vel explicandi caussa de suo  
addidit, quae nec apud Gregorium, nec in meis  
reperiuntur Codicibus.
- 102, 2. Vocabula, ac salute, interpretationis caus-  
sa addidisse videtur Hentenius absque Codicis au-  
ctoritate.
- 110, 2. Partem ultimam scholii non expressit in-  
terpres.
- 113, 13. Ὁμολογῆσαί Θεοῦ. Forte interpres inue-  
nit, ὥμολογῆσαί εἴραί Θεοῦ, quod nec mihi di-  
splicet.
- 136, 2 — 4. Non cepit interpres sensum horum vo-  
cabulorum. Crucem suam tollere explicat Eu-  
thymius ita, ut duo mala, duo bona memoret.  
Crucem ergo appellat primo, carnalis voluntatis,  
seu cupiditatis, extirpationem et depositio-  
nem voluptatis, quae animum male afficit et ad  
affectiones incitat. Haec sunt duo illa mala. De-  
inde duo bona notat: Crucem tollat, id est, su-  
mat sensum doloris honesti, seu talis, qui est ex  
virtute, et a terrenis se attollit. Ἐνάργετος non  
est fortis, sed id quod cum virtute coniunctum  
est: et ψωσίς, ad verbum altatio, non est fa-  
stus, sed remotio a rebus terrestribus, contentus  
rerum terrestrium.

168, 1. Ianuis. In Graeco est Ιανιος; seu fenestris. Quoniam tamen paullo ante legitur Συρωπος, coniuci possit Ιανουας, loco Ιανιον. Sed alibi etiam de sensibus, apud Patrem Graecum, nescio quem, inueni Ιανιος, non Ιανη. Aliquam ergo saltem hic spectauit similitudinem, ut solet fieri in interpretationibus allegoricis, id est, puerilibus.

*Ad euangelium Lucae.*

204, 4. 5. Ut — rapiaris. In Graeco expedita sunt omnia. Ut cognoscas, ut magis (firius) complectaris certitudinem sermonum fidei. Interpres videtur legisse: ἵνα ἐπιγνοὺς πλέον κατασχεθῆς τῇ ἀσφαλείᾳ. Sed ea, quam nos edidimus, verior est haud dubie lectio.

211, 5. a fine. De vocabulo σίκερα ita habet Chrysost. T. VI. p. 57. C. σίκερα ἐνταῦθα φησι τῶν Φοινικῶν τὸν ὄπον, ὃν ἐπέτηδευον, συντριβούτες τὸν καρπὸν καὶ καταθλῶντες, εἰς εἴου μετασχηματίζειν φύσιν. καρωτικὸν δέ ἐσι τὸ τοιοῦτον, καὶ μέθης ἐργασικόν. Adde Theophil. p. 301. C.

222, 22. Susceptionis liberorum. Adde: in sene-  
ctute. Hoc enim interpres omisit.

252, 2. Imperasset. In Graeco est, ornasset, id est, auxisset et ornasset aedificiis, incolis et aliis.

256, 1. Factus est. Videtur ergo legisse ἐγένηθη.

262, 11. 12. Nam hoc — reliquum est. Suum enim impleuit (fecit) et superfluum est in posterum, cessat in posterum.

376, 14. Illud absoluebat. Istum quidem dimisit: hanc verò retinuit. De Simeone sermo est et Anna, non de testamentis. Ἀπολύτη respicit ad Cap. 2, 29.

- 284, 21. Gubernationem. Immo domum. Κατοικία  
nusquam est gubernatio, sed διοίκησις. Patet id vero etiam ex l. l. Nam ad Matth. pag.  
1065. ita habet: καὶ γὰρ ἀμφοτέρων εἴς οἶκος  
καὶ μία οὐλὴ.
- 286, 16. Delens. Planam faciens, aequans. Hoc  
enim est h. l. λεῖψιν.
- Ib. 21. Morbi sensus etc. Sensus conscientiae ex  
iis, quae quilibet peccauit, quasi clamans et  
arguens occulta cordis etc.
- 288, 8. In modum torrentis etc. Quasi excavata  
et abscissa est a coniunctione et copulatione spiri-  
tuali mentis, quae est secundum legem dei vin-  
cientis.
- 308, 15. Prudentiam suam. Suam non est in  
Graeco. Οἰκονομία autem alibi reddere solet  
dispensationem. Οἰκονομία est vocabulum eius-  
modi, quod Latina lingua vix exprimit. Hoc  
loco reddere possis, opportune.
- Ib. vlt. Ipsos nec in Graeco est, nec necesse est ad-  
dere.
- 322, 12. Capturæ magnitudine. Prorsus písca-  
tione.
- Ib. 19. Possent. Hic deest apud interpretem: par-  
ticipes autem vocat socios.
- 324, 23. Facinorosi. Immo, subdoli, versuti.
- 326, vlt. Et saepius. Saepius autem.
- 330, 14. ἐπιδοχή. Ita Hentenius edidit. Sed le-  
gendum ὑποδοχήν.
- 370, 3. Post, sollicitudinibus, omisit, et diuitiis.
- Ib. a fine 5. Quanquam etc. Saepe vero etiam in  
vita eius hac, qui eam fecit.
- 382, 3. Expectabat ipse. Ipse in eo persistit ac dicit.
- Ib. 4. Stuporem. Ἐκτασία, loco ἔντασιν videtur  
legisse. Redde: huius perseverantiam. Nam  
ἔντασις non differt ab ἐπιμονῇ.

- 392, 15. Quum vnum — sumus. In Graeco tan-  
tum est: Filius enim eius est.
- 394, 13. Ad loca — separata. Ut nimirum refer-  
rentur ad destinata ipsis loca.
- Ib. 16. Videntes — ipsi etc. Videntes autem, istos  
(Mosen et Eliam) etiam ita supernaturaliter assum-  
tos, magis timuerunt.
- 404, 18. Et sequi se. Et, non est in Graeco et ab-  
esse debet.
- 406, 13. Coniunctim. Κατὰ συζυγίαν est binos.
- 408, vlt. Hic desunt in Latino, quae Hentenius in  
suo Codice non videtur reperiisse: Praecepit vero  
haec etiam duodecim laudato capite decimo nono.
- 434, 19. Qui conuenienti. Qui non conuenienti.
- Ib. 28. Huc reducere. Ἀναγογία est anagogice  
seu allegorice explicare.
- 436, 22. Creata est. Legit ergo etiam πεφυκέναι.
- 444, penult. Animae tuae fenestra. Quae animum  
tuum collustrat.
- 446, 28. Nationibus. Vitiose ergo legit ἐθνῶν.  
Redde: cum ceteris ritibus etiam hunc, putantes.
- 450, 6. Et praesertim — videant. Redde: Aliter  
etiam, iis, qui proorsus sunt obtenebrati, magnum  
est, vel exiguum illuminari. Vocabula, ἀλλως  
τε καὶ, notant aliam explicationem.
- 454, 8. Technae. Forte ergo legit τέχνης.
- 460, 22. Cognoscit enim, quod. Haec frustra ad-  
didit interpres. Oīde nihil aliud est, quam solet.
- 462, 3. Locum — conuenientem. Modum exco-  
gitat ea dignum. Interpres videtur legisse τόπον.  
Ταύτης refertur ad πλεονεξίας.
- 468, 3. Tribus vocabulis reddidit unum νήφορτες.
- Ib. 10. Oportet enim hos semper lucere et illumi-  
nare, illum quidem nos, hunc vero eos, qui a  
nobis docentur.
- 476, 8. Quanquam: Quodque — transibit.

Ib. 15. Et quodammodo. Videtur ergo in textu legisse, καὶ πῶς. Hanc lectionem comprobat etiam subiecta interpretatio. Nam τάσται, non est καὶ πῶς, sed καὶ πῶς.

478, 23. Qui — oriatur. Τὴν προτεθέσανταν εῖσι, quem proposuerat, de quo ante dixerat.

Ib. 28. Post erant adde: cognatione et coniunctio-  
ne. Sic enim mox p. 480. reddidit: κατὰ συγ-  
γένειαν καὶ σχέσιν.

488, 14. Interpres videtur legisse, διὰ συκῆς ἀκάρ-  
που.

490, 16. Inter eos. Videtur inuenisse, ἐν αὐτοῖς.  
Male. Ἐν αὐτοῖς, id est, ταῖς τρισὶ πολιτε-  
ῖαις. Ergo in istis. Mox ante etiam addiderim  
quoniam.

494, penult. Loco sane, reddendum est, num.  
ἀξα enim non conclusionem, sed interrogatio-  
nem hic notat. Ei nunquam est sane, sed ἢ.  
Hoc ἢ Pseudo-Didymus ad Iliad. p. 23. expli-  
cat ὄντως, αληθῶς.

510, vlt. Quam — nesciat. Redde: Sine discri-  
mione autem caenam eam nunc appellauit. Nam,  
ut mox docet, alibi vocavit prandium. Ergo  
ἀδιαφόρως usus est vocabulo δείπνου et ἀριστου.  
Forte, quia reddit, quod finem nesciat, inuenit  
ἀδιαφροσύνην.

512, 28. Repulerunt. Magis perspicuum erit, si  
repulerunt ponatur post fruitionem.

522, 14. Post affectos omisit interpres haec: simum  
autem doctores, ut impinguantes et commodo  
afficientes.

539, 16. Ἀποβλέπω. Forte interpres legit ἀπο-  
βλέπων.

552, 10. Ipsi — facti. Τούτου refertur ad τόπον.  
Πρόξενος vero non est hospes prior, sed is, qui  
aliis

aliis alicuius rei auctor et adiutor est. Redde: eius rei facti adiutores.

574, 23. Datur his. Redde: Datur enim id (regnum dei) hic quoque.

582, 10. Satis appareat ex versione, Hentenium inuenisse ὑποπιάζῃ. Ceterum δυσωπεῖν τινα non est grauiter adspicere, sed vultum alicuius ad pudorem et verecundiam mouere, adeoque exorare.

Hoc loco reddere possis: pudere me faciat.

586, 21. Corruperunt. Sufficiebat, amouerunt.

594, 27. Illis — offeramus. Redde: iniuriis admoueamus. Interpres loco αἰδικήμασι videtur legisse, αἰδικήσασι.

620, 24. Intelligentiam. Sententiam.

638, 9. Siue σωματέριον etc. Hic quaedam de suis videtur addidisse interpres.

Ib. 17. Tandem. Τέλεον est prorsus.

658, 22. Supra id erat. Παρ' αὐτὴν, id est, τὴν μνήμην, praeter hanc, quam hanc. Nec enim legitur ὑπέρ.

669, 15. Nῦν δὲ — αἴηλπίσαμεν. Haec interpres non agnoscit. Redde: Nunc vero ita mortuum desperamus. Intellige, αὐτὸν ἐναγ λυτρώτην. Poslit vero etiam alicui in mentem venire αἴποθανόντος, intellecto αὐτοῦ, Nunc vero ita mortuo desperainus.

670, vlt. Saliebat etc. Omissa ήγουν, interpres pro duobus vocabilis reddidit tria. Ceterum utrumque σφύζειν et πάλλεθαι de metu et pulsu cordis dicitur.

676, 21. Coelo — diuinitate. Ac si legerit εξ ὑψηλοῦ οὐρανοῦ καὶ ὑψηλῆς θεότητος. Redde: cæli aut diuinitatis.

## Ad euangelium Ioannis.

6, 1. seq. Praecipua — iudicauit. Haec suo arbitrio mutauit interpres. Poterat ad verbum exprimere. Sed de *diuina saluatoris gratia falsa sunt*. Redde: Maxime vero curat ea, quae ab illis sunt praetermissa magisque quam reliqui (curat) doctrinam de diuina seruatoris natura, ut maxime necessariam, propter futuras haereses. Θεολογικὴ διδασκαλία, theologica doctrina, est doctrina de Christo, ut deo.

Ib. 18. Erat, quod. Quod delendum. Obscuram enim reddit orationem. In Graeco est, Istud Erat.

26, 24. Vnius. Pro οὐσῶν videtur legisse μιᾶς.

Ib. 25: et 31. Bis habet miles. Sed in Graeco non est σφατιώτης, sed σφατηγός, belli dux.

Ib. 31. Bellum. Videtur legisse πόλεμον. Mei habent hostem.

32, 28. Omnibus. Permutauit ergo πᾶσι cum παισι. Solis non est in Graeco.

40, 1. Putabant etc. Redde: Stulte enim credebant, cum iam contemni se videret, ipsum quoque, ut hominem, aliquid humani passuum, ac, si semet ipsum per arrogantiā Christum renunciasset, simul extinctum iri de Iesu famam, contra quam omnia moliebantur. Malum ergo legere, τὸν χριστὸν αὐτεπών λοιπόν. Constructio enim est, ὅτι πένσεται καὶ (ὅτι) σβεδήσεται.

54, 4. Soli. Interpres videtur inuenisse, δύο τότε μόνοι, quod nec mihi displicet.

56, 12. Vocabulum. Nomen.

Ib. 22: Qui de eis colloquimur — versamur. Duplici modo redditum, καὶ ὄμιλούντες αὐτοῖς. Ομιλεῖν ταῖς γραφαῖς est litteras sacras tractare, aliis exponere. De sacerdotibus enim loquitur.

- 58, 6. Inquiunt. Ac si legerit Φασι. Sed multoties singularis etiam ita adhibetur.
- 62, 13. Benignam — quodammodo. Humaniter remouet, non quod inuentus sit, sed quod a Nazaret sit, et plane quodammodo.
- Ib. 17. Figurarum. Forte legit τύπων, loco τρόπων. Sermo est de constanti ac firmo Nathanaëlis ingenio, quod falli non potuit.
- 66, 26. 27. Hoc — illud — et. Τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ — τοῦτο δὲ, ex quibus postremum non videtur agnoscere Hentenius. Reddi debebant, Tum tempore passionis, tum resurrectionis, tum assumptionis.
- 68, 13. Christus vero etc. Christus vero etiam sermonem hic terminauit, relinquens illi secum reputare, quae dicta essent.
- 72, 1. Matre etc. Matris admonitio non solum intempestiva, sed et suspecta atque illorum, qui libenter reprehendunt, cauillationibus obnoxia.
- Ib. 22. Matris etc. Quodque admonitionem suam non esset neglecturus, mensae ministros. Loco τὴν ταύτης legendum videtur aut τὴν αὐτῆς, aut τὴν τοιαύτην.
- 78, 16. Quidnam est hoc? Aliquid ad haec. Hentenius non videtur inuenisse πρόσ.
- 81, 3. Nescio, an non interpres legerit Φανερώσοτες, quod nec mihi dispicebat.
- 90, 21. Sed esse — obtenta. Sed diuina, egens ea. Δεόμενος hic non est precans, sed egens.
- Ib. 24. Nossē deum. Nossē eum.
- 92, 18. Occulte. Forte, *occulta seu obscura*. Et mox, *excitant*.
- 94, 31. Sine verbo. Sine ratione.
- Ib. 32. Vena. *imido, ratiōnes, cauſas*.
- 96, 5. Perfectum verbum. Certa ratio.

